**Universitätsbibliothek Mannheim**

# I. Acta Mechmeti I. Saracenorvm Principis

**Bry, Johann Theodor de**
**Bry, Johann Israel de**
**Leo <VI., Imperium Byzantinum, Imperator>**

**[Frankfurt/Main], 1597**

**urn:nbn:de:bsz:180-digad-5801**

Visual Library

UB Mannheim
DFG

BIBLIOTHEK
DESBILLONS
MANNHEIM

Xf 46
28.15

UB Mannheim

C. B.

46/285
H 680 D 20
Camena +

13/9

UB Mannheim DFG

UB Mannheim
DFG



I. ACTA MECHMETI I. SARACENORVM PRINCIPIS

# NATALES, VITAM, VICTORIAS, IMPERIVM ET MORTEM EIVS ominoſam complectentia.

*GENEALOGIA SVCCESSOrum eiuſdem ad modernum vſq; Mechmetem III. Ex variis hinc inde Autoribus fide dignis diligenter congeſtæ.*

II. VATICINIA.

SEVERI ET LEONIS IN ORIENTE Impp. cum quibuſdam aliorum aliis, interitum regni Turcici ſub Mechmete hoc III. prædicentia.

*ICONIBVS ARTIFICIOSE IN æro ſculptis paſſim exornata, recens foras data, per Io. Theodorum & Io. Iſraelem de Bry fratres.*

1597.

BIBLIOTHEK
DESBILLONS
MANNHEIM

# ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO FRIDERICO IV. COMITI PALATINO AD Rhenum S. Rom. Imp. Archidapifero & Electori, Duci Bauariæ, &c. Domino noſtro clementiſſimo.

*TAmetſi Princeps Illuſtriſsime ac Domine clementiſsime, vereamur, ne illuſtriſſima C. V. inſtitutum noſtrum aut plane abominatura, aut ſaltem pro inſolito habitura ſit, quòd videlicet Illuſtriſsimam C. V. humillime interpellare non dubitauerimus, fecit tamen ſumma C. V. benignitatis opinio, vt ſpe optima erigeremur, fore vt aliter non interpretatura ſit, quam à nobis idipſum omni cum humilitate tentatum eſſet. Quare cum nouam hanc de Turcici Mahometis primi vita & rebus geſtis hiſtoriam, ex optimis quibusque ac probatiſsimis autoribus paſsim ſtudioſe congeſtam, in vſum publicum adornauerimus, eo nimirum fine, vt compendioſo & ſelecto aliquo opuſculo hoc ſeculo communi vtilitati conſuleremus, quo iuſtiſsimus peccatorum no-*

ſtrorum vindex orbi Chriſtiano flagellum ſuum atrociſsimum Turcam immiſit, vnde diſceremus quam grauiter Deus ſceleribus noſtris offenſus ſit, & reſipiſcentes tandem ad diuinum eius auxilium confugeremus. Eſt enim hiſtoria vitæ Magiſtra, teſtis temporum, lux veritatis, via memoriæ, nũcia antiquitatis, teſte Cicerone Oratorum facundiſsimo: & Polybio aſſerente, hiſtoriæ cognitio veriſsima eſt inſtitutio & præparatio ad actiones politicas, atq; illuſtris magiſtra ad perferendas fortunæ vices. Explicat autem hiſtoria noſtra pſeudo illius prophetæ Mechmetis acta, & deteſtandam religionem, cum legibus impiis & ſtatutis tyrannicis: Cui vaticinia Leonis & Seueri Impp. in Oriente, cum aliorum aliis adiunximus, in quibus interitus Imperii Turcici prædicitur, quæ omnia, cum à tam illuſtribus autoribus conſcripta ſint, ſperamus ea apud illuſtriſsimam C. V. locum aliquem habitura.

Ne verò nudam tantum hiſtoriam proponeremus, compluribus eam elegantioribusq; Iconibus & picturis exornauimus, quæ magnam venuſtatem illi conciliant.

At enim licet nullis ſumptibus aut laboribus

peper-

*pepercerimus, vt hæc hiſtoria ornatior plenior & abſolutior in lucem prodiret, nō defuturos tamen ſuſpicamur (vt tetricum & alienos conatus carpendi prurigine laborans eſt quorūdam ingeniū) qui cauillentur.*

*Eam ob cauſam Illuſtriſſimæ V. C. ſub cuius patrocinio tuta eſſe poſſet ab iſtorū vitilitigatorum & maleferiatorum hominum Theonino dente, tutelæ commendandam putauimus.*

*Quapropter omni benignitate & fauore eam dignabitur Illuſtriſſima C. V. noſq́ſ ſimul cum eadem commendatos habebit.*

*Deus Opt. Max. Illuſtriſſimam C. V. omni felicitatis genere pro diuina ſua clementia proſequi velit. Datum Francofordii ad Mœnum, Kl. Martii, Anno reparatæ ſalutis humanæ,* cIↄ Iↄ XCVII.

Illuſtriſſimæ C. V.

humillimi Clientes

*Io. Theodorus & Io. Iſrael de Bry fratres, ciues Francofordienſes*

# LECTORI BENEVOLO.

IN principio creauit DEVS cœlum & terram, & mare, & omnia, quæ in iis ſunt, & erant omnia valde bona; creauit etiam hominē ad imaginem ſui, præditum intellectu, ſapientia, variiſq; donis eximiis, cui omnia creata reliqua ſubiecit, vt dominaretur illis, adeò vt in homine nihil deſideraretur, præterquam vt ipſi DEO ſimilis eſſet. Qui poſteaquam ſe in hac felicitate conſtitutum videret, non diutius ſortem ſuam æquo tulit animo, ſed præceptum DEI ſui tranſgreſſus, maledictionem tùm in ſe, tùm in omnes poſteros ſuos, totumque terrarum orbem deriuat; hinc eſt, vt quotquot ſumus ad hūc vſque diem, in peccatis concepti, naſcamur, teſte Pſalmographo, Pſalm. 51. Hæc deprauatæ naturæ veſtigia ſtatim in Cain, primo Adami ſemine, apparuerunt, qui fratrem Abelum ob acceptam apud DEVM victimam crudeliter obtruncat. DEVS itaq; iuſto furore percitus, totum humanum genus ob peccata, quæ totum iam orbem peruaſerant, diluuio perdit vſque ad Noam, & quotquot cum eo arcam ingreſſi erant, ſolus enim Noa in conſpectu Domini iuſtus inueniebatur. At nec hoc fatali diluuio deprauata hominum natura prorſus interiit, ſiquidem & Chamus delicto ſuo maledictionem patris, haud longè poſt incurrit. In ſumma poſtquam ſemel peccatum per orbem obtinuit, iam amplius eradicari nō potuit; omnibus enim ſeculis boni & mali, pii & impii fuerunt promiſcuè, quorum illi in ſemen promiſſum crediderunt, hi mundi & carnis illecebris capti, cupiditatibus fræna liberè laxarunt, legem mandatúmque DEI ſui temerè contemptui habentes, vnde & æterna beatitudo illis affulſit; at hi in re-

probum

probum ſenſum dati, æternis cruciatibus obnoxii facti ſunt: inter quos vel præcipuos Turcas ſtatuimus, quorum hiſtoriã in præſenti libello tractamus, quosq; originem ſuam ab Hagar ancilla Abrahæ, quod & nomẽ Agarenorum innuit, deducere conſentaneum eſt, licet aliâs Iſmaelitæ & Saraceni ſecundum ipſorum placitum, vocari velint. Verùm vtut ſit, ſane ex arbore cognoſcuntur fructus, & vice verſa: vt ex hac noſtra hiſtoria manifeſtum erit; in qua originem, vitam, acta, religionem, leges, & mores Agarenorum, breuiter quidem, ſed accuratè, ex variis autoribus probatiſſimis congeſta proponimus. Cui figuras illuſtres in æneas tabulas artificiosè inciſas addidimus, quæ magnam voluptatem Lectori, atq; venuſtatem ipſi operi afferre poſſent. Nec enim ſimile quicquam ante hac, nec tam ſplẽdide in hoc genere adornatum viſum fuit vſpiam.

Appoſuimus ſecundo loco vaticinia duorum ſummorum Impp in Oriente, SEVERI & LEONIS, tum aliorum illuminatiſſimorum virorum alia non contemnenda, de interitu Imperii Turcici, mille trecentis ab hinc annis ante prædicta, quorum plæraque iam euenerunt, & quorum exitus ſub Mechmete hoc III. Sultano Turcico coniecturalis eſt.

At verò, vti facile ſuſpicamur, tametſi futuri ſunt, qui hoc inſtitutum noſtrum vel inuidia acti, vel inſcitia adducti, aut cauillentur, aut prorſus reijciendum putent, ſiquidem hinc inde compilatum ſit, nec verbotenus autores ſuos vſque adeò imitari videatur, quin imò nec in annalibus per totum cõſentiat.

Hiſce ſane Zoilis & Momis nos quatuor Euangeliſtas oppoſuerimus, qui cum in eadem verba pariter iurati non ſint, in materia tamen ad eundem ſcopum vnanimiter feruntur. Quare ne quis erret, nouerit & fide, & cura, & animo optimo nos omnia ſelegiſſe, quæ ad inſtitutum facerent. Conueniũt ſcriptores in actis Mechmeti per omnia. De interitu regni

Turcici

Turcici ita accipi velimus, ne de ſubitaneo aliquo fato regni, ſimul cum morte Mechmeti moderni præcisè collapſuri, intelligant, ſed quod manifeſta indicia ſub ipſo apparitura ſint, ex quibus de interitu eius propediem præſagire nemo non poſſit: cuius finem diuina volente prouidentia, longius haud abeſſe apparet manifeſte, dum modo nos peccata deſeramus, ad DEVM conuerſi, qui verè pœnitentes, miſeratus reſpicit, pœnam promeritam auertens clementer: Sin verò in peccatis noſtris perſeuerauerimus, vtpote in hæreſi, idolatria, ſcortatione, adulterio, auaritia, ſuperbia, inuidia, homicidiis, rapinis, gula, luxuria, & ſimilibus, qualia hoc ſeculo fere epidemia ſunt, nec pro delictis reputãtur, hei quã lõge cœlorum regnum à nobis aberit, quamque prope nos nocẽtes, inferorum portæ obruent: pudet equidem ſcribere, quæ hoc ſeculo ſcelerum facies inter Chriſtianos regnent, adeò vt vel ipſi Turcæ immaniſſimi, ſi vel honeſtatem publicam, vel mores externos reſpicias, vltrò nobis exẽplo eſſe poſſint. Quare Fratres chariſſimi, re potius ipſa tandem, nec ore ſolum nos verè Chriſti diſcipulos, diſſimiles ab atrociſſimis Turcis, probauerimus, ne quando furorem iuſtiſſimi vindicis DEI in æternum perdendi incurramus, ſed immarceſcibilem potius coronam æternæ gloriæ, fortiter militantes, conſequamur, quod faxit DEVS vnus & trinus in omnem æuiternitatẽ glorioſiſſimus, Amen.

De ori-

# DE ORIGINE, PROSAPIA ET GENEALOGIA MAHOMETIS, ET QVO IN LOCO IN lucem ſit editus, &c. CAP. I.



SACRA Scriptura nobis Geneſ. 16. cap. refert, famulã Abrahami, Agar nomine dictam, inſolentiorem eſſe factam, cum animaduertiſſet, ex hero ſe eſſe grauidam: adeò quidem, vt

 à Do-

à Domina Sara vexata fugeret: ab exilio tamen denique reuocatam Iſmaelem filium, de quo Angelus vaticinatus fuerat, quòd & ferox & bellicoſus euaſurus, & omnibus ſuis fratribus ſeſe oppoſiturus eſſet, peperiſſe. Hinc nonnulli colligunt, & aſſerunt Turcicam gentem, ab hoc Iſmaele deſcendere, quod olim is Arabiam incoluerit, vndè originem illi ducunt, qui Hagareni, & poſtea Saraceni appellati ſunt. Hoc igitur ordine ac ſerie gradus ſuæ genealogiæ numerant.

Iſmael genuit Cedar, qui procreauit Hamel: Hamel genuit Thehich: Thehich Hameſſal: Hameſſal Adech: Adech Adue: Adue Adne: Adne Mahach: hominem idololatriæ nomine infamem; nam & filium ſuum genuinum Niſar temerè immolauit, id quod videre eſt, in libro genealogiæ Mahuritz. Hic Niſar, ab Iſmaele, alter Angelus cacodæmonis fuit, & genuit Muſar, qui procreauit Alien, Alien vitæ & lucis vſuram dedit Emeſeræ, Emeſera genuit Melich: Melich Vahin: Vahin Luije: Luije Galiben: Galiben Caph: Caph Mirrham: Mirrha Coidai: Coidai Abdemenoph: deterrimũ & blaſphemũ Idololatram, ad quẽ iure quaſi hęreditario, Iſmaelis, & ſui proaui Niſaris artes, & pręſtigiæ Diabolicæ peruenerunt, vt patet ex libro genealogiæ Mahuritz ſuperius allegato. Hic Abdemenoph genuit Abdemutaliph: huius filius Abdalla erat, qui verè diabolicum & deteſtandũ caput Mahumetem è cõiuge ſua Enima ſuſtulit, in pago vili & obſcuro Itarip, ab vrbe Mecha Arabiæ, non procul diſtante. Nonnulli aſſerunt Mahometis patrem è nobili familia regni Arabici, matrem verò è Iudaica proſapia oriundam. Verum grauiſſimus autor Sabellicus lib. 6. & alij complures, quibus celeberrimus Hiſtoricus Cuſpinianus, Impp. Augg. Ferdinandi & Maximiliani ſecundi, ac Viennenſis Reip. conſiliarius ſubſcribit, conſtanter affirmant, planè dubium eſſe an Perſa Arabsve fuerit, & potius credendum, ac infallibiliter ſtatuendum, eum obſcuris, ignobilibus ac incertis omnino parentibus eſſe natum. In eo tamen plærique omnes boni ſcriptores conſentiunt, matrem familiæ Iſmaeliticæ fuiſſe, atque adeo è parentibus religione diſcrepantibus genitum, circiter annum Chriſti 591. vel iuxta quorundam opinionem 595. Die autem ea, qua in viuis eſſe cæpit (iuxta fanaticam modernorum Turcorum opinionem) templa 1001. ſuomet niſu proprio corruiſſe perhibent. Quod ideo factum iudicant, vt prodigio eiuſmodi, omnibus mortalibus innoteſceret, hunc euaſurum eſſe eum, ſub cuius imperio, & potẽtia inexhauſta, Eccleſia Chriſtianorũ vim paſſura, & iacturam incomparabilem eſſet factura.

DE

## *DE MAHOMETICAE SECTAE ORIGINE, & vnde, vbive venenatum ac deteſtabile ſuum dogma imbiberit.* CAP. II.



HIc notatu & cognitione dignum videtur: Abdallam Mahometis patrem, cuius in priori cap. mentionem fecimus, familiariſſimè fuiſſe vſum conſuetudine, & quotidiana conuerſatione Iudæi cuiuſdam, qui Aſtronomicæ artis & ſcientiæ fuit peritiſſimus. Is non ſolum callebat apprimè dogma Iudaicum, ſed & religionem Chriſtianam didicerat exactiſſimè. Accidit autem, vt eo anno, quo Enima Diabolicum Mahometem in vtero geſtaret, & eniteretur, in Arabia vniuerſa eſſet æſtas ſiccifſima, vt præ nimia famis im-

patiẽtia, & inediæ cruciatu incolæ radices & gramina campi vorarẽt, ac Iudæus tum cœlorum conſtitutionem, ſyderum motum, & conſtellationum poſitum contemplaretur, & natalem Mahometis ad calculum & leges Aſtronomicas reuocans, impudenter decideret, ſtatueret & pronunciaret, Aſtronomicis rationibus ſe doceri, & præuidere, hunc infantem, variarum rerum vſu, legumq; Iudaicarum ac Chriſtianorum doctrinæ cognitione, celebrem, opibus & Imperij ſplendore præpotentem & auguſtum euaſurum. Iudæo vate infelici & profligato, hæc ſtatuente, pater Abdalla nõ domi, ſed apud exteros Hieroſolymis agebat, vt pro cõſuetudine populi inueterata, ibi vota preceſq; Deo perſolueret: Reuertenti deniq; ad lares domeſticos, à Iudæo, omnia ex motu aſtrorũ cognita atq; perſpecta ſignificabantur. Sed paucis diebus poſt in pago Itarip Abdalla vitam cum morte commutans, ad orcum migrauit. Deplorando eo tempore, quo natum eſt Mahometanum hoc catharma, Arabes & Afri in religionis negotiis nutabant & fluctuabant, dubitantes Chriſtianorúmne, an Iudæorum aut Saracenorũ fidei ſubſcribere, & confeſſioni ac cæremoniis eorum aſtipulari tutò poſſent. Nato Mahomete annos quatuor, excogitabat Iudæus putidiſſimum figmentum, & mendacium ab Aſtronomo equidem alienum, at impudente Iudæo digniſſimum. Duos enim Angelos, viſione aliqua ſibi certò oblatos affirmabat, quos conſpicatus fuiſſet eximere cor è Mahometis corpore, atque eoſdem in duas æquales partes id diuiſiſſe, & à ſanguinis quadam maſſa impuriore repurgatum, denique limpidiſſima aqua mundatum, ab omnibus inquinamentis politiſſimum, reſtituiſſe; quibus peractis illud trutinæ impoſuiſſe. Eo tandem ponderoſiore omnibus illius populi cordibus, inuento, & cõparatione cum multis millibus aliis inſtituta, Mahometanum pondere ſuperare ab Angelis obſeruatum eſſe. Profeſſos igitur deinceps in mutuo colloquio, ſolius Mahometi cor, cum vniuerſi populi Arabici cordibus comparatum atque libratum, pondere præualiturum. Hæc Iudæus fronte carens, ſibi à Gabriele Archangelo oraculo reuelata contendebat.

Mahomete octauum ætatis ſuæ annum complente, mater Enima & auus Abdemutaleph moriuntur. In clientelam igitur à patruo Abutaliph receptus, poſtmodum inſtitutioni Iudæi Aſtronomi, ſuperius allegati, commiſſus fuit, ac in rerum naturalium contemplatione, doctrina phyſicæ, inprimis autem in Chriſtianorum & Iudæorum libris haud vulgariter edoctus, poſtea ad ſuæ ſectæ propagationem plæriſq; nefariè abuſus eſt, & ſceleratiſſimè omnia piè dicta & ſcripta corrumpens

pens, veteratoriè ſingula in ſenſum ſuæ opinioni conformem detorſit.

Claſſicorum præterea authorum monumenta teſtantur, eum decimo quarto ætatis ſuæ anno, profectionem in Ægyptum adornaſſe, Mercaturæ & negotiationis exercendæ cauſa, ibique cum Chriſtianis tum Iudæis quotidiè familiariter vſum ac frequenter cum ipſis conuerſatum eſſe, donec tandem in intimam arctamque amicitiam Monachi cuiuſdam, Ioannis Antiocheni, Arrianæ ſectæ hominis, reciperetur. Omnia verò cum eo ſecretò communicans & tractans, mira felicitate & facilitate artes veteratorias, fraudis & corruptelarum plenas, celeritate ineffabili didicit, vt vafrè Scripturas veteris & noui teſtamenti in dubium vocaret, & opponendi ſe Iudæis & Chriſtianis, anſam in procinctu arripere poſſet. Monachus enim iſte Elenchorum faber, & Sophiſtices artifex perhibebatur audaciſſimus, & pertinaciſſimus artium ſuſpectarum patronus & defenſor.

Quin etiam de Mahomete, à magni nominis authoribus, hæc in ſcriptis poſteritati relicta eſſe reperiuntur, quod videlicet opera & conſilio alterius cuiuſdam Monachi Sergij factionis Arrianæ, perfrictæ frontis apoſtatæ & profligati hæretici, diſciplina ac inſtitutione vſus ſit. Nam cum Sergius in caſtra Neſtorianorum profugiſſet, & in eorum turpiſſimum errorem declinaſſet, à reliquis Monachis confratribus Conſtantinopoli pulſus, atque in exilium actus, rectà in Arabiam properans Mahometicæ doctrinæ aſtipulatus eſt, & innumeras vtriuſque Teſtamenti corruptelas, quibus illuſtria dicta deprauabat confinxit, & Mahometi eas ſuggeſſit, donec tandem è Iudaica & Chriſtiana religione vnum quoddam Chaos monſtroſum conflaret. Liquidò igitur conſtat, & ſole meridiano clarius apparet, vt vel talpa videre poſſet, quàm arenoſis fundamentis blaſphema religio Mahumetana nitatur, & vnde primordia ac originem ſumpſerit; è Iudæorum nempe & Arrianorum ſcholis, vel potius è phrontiſterio Diaboli incarnati.

Mahometes (quod memorabile) in profectione Ægyptiaca, atram nubem perpetuam comitem, ac vertici impendentem habuiſſe fertur. Id cum Sacerdos quidam Magus animaduertiſſet, Mercatoribus, qui vna cum eo iter faciebant, ſignificauit, oraculo ſe monitum fingens, hunc, quem comitetur atra nubes, hominem eſſe diuinum, qui religioni multis populis vſitatæ, limam ſit adhibiturus, & ad maximam potentiam ſummamq; dignitatē celeri curſu, illius atræ nubis (vel potius cacodemonis) opera peruenturus, regnum tamen eius mille annos non

eſſe duraturum. Denique a Sacerdote liberaliter exceptus, & Mercatoribus vnicè commendatus Babylonem profectus eſt.

## *MAHOMETICAE SECTAE PVLLVLANtis & gliſcentis principia.* CAP. III.



SECTA huius præſtigiatoris nefandi & deteſtandi, ſuã fundaměta poſuit, & incrementa ſumpſit, Imperio Cæſaris Heraclij, anno Chriſti 623. vel vt quidam opinantur 630. ruinam minitante. Circa illa tempora ſuas prophanas ſanctiones idolatricas promulgauit, & Chriſtianorum ac Iudeorum doctrinam confundens, Alcoranum luculentiſſimis

mis mendacijs ſcatentem impulſu Monachi periuri, cuius in præcedenti capite mentio facta eſt, conſarcinauit.

Fraudibus iſtiuſmodi & callidis conſilijs, ad ſe Arabes pellexit, à quibus tandem rex inauguratus eſt, & ab eo tempore in dies, magis magisq́; incrementa ſumere & maius robur facere cæpit.

Phænomena tum viſebantur varia & prodigioſa, haud parum terroris Græcis importantia, quæ Mahometis facinora, & res temerario auſu gerendas præfigurabant. Conſtantinopoli lucidiſſime horribiliter fulgens cometes lanceæ formam repræſentãs apparebat, & naſcebatur infans aſpectu formidabilis, quatuor pedes ac caput geminum habens. In Inſula Delo etiam aliquot monſtra marina, hominis lineamenta vultumq́; maiori ex parte referentia, viſa ſunt, præterea iſtis diebus ignis ab æthere decidit, loca ſubiacentia adurendo vaſtans, & Iris circularis, cuiuſmodi ab æuo non viſa creditur, apparuit, vt nemo non mundi machinæ ruinam, ancipiti metu præſtolaretur. Nam fulminibus & tonitruis tellus quaſſata, fragore ineffabili edito, nutabat & tremebat. Denique peſtis furioſè graſſans, & per humanum genus hoſtiliter ſæuiens, maiorem hominum partem æſtiuis menſibus abſorpſit, quam & aliæ innumeræ calamitates ſunt ſubſecutæ, mortalibus vniuerſis admodum noxiæ & exitiales.

DE

### *DE LIBIDINOSA ET AB OMNI CASTIMOnia alieniſsima Mahometus vita, alijsq; enormibus ſceleribus, quibus Beſtia quotidie ſe turpiter polluere conſueuit.* CAP. IIII.



PRINCIPIO laruam hanc hominis, Mahometem, impuriſſime vixiſſe: leges diuinas violaſſe: naturæ ductum ſpreuiſſe: non habita ratione honeſtatis, & neglecto honore theatri totius mundi, liquido conſtat. Nam in fornicationibus, adulteriis, Sodomia, & in quibus non ſceleribus? æuum pulchrè ſibi placens, ſine rubore & pudore palam trāſegit, adeo vt ſibi omnia laudi duceret.

ceret. Colore & prætextu vtebatur hoc, vt patet ex Alcorani Azoar 42. Deum ſyderum monarcham poſtulatis iſtiuſmodi ſubſcripſiſſe,& largiore diſpenſatione ac indultu, eadem comprobaſſe. Non inficiantur Saraceni moderni, è quorum monumentis id perſpicuè etiam demonſtrari poteſt, Mahometem habuiſſe concubinam quandam Mariam Iacobinam, regis Iacobitarum proquinquam, ab ipſo in præcipuis habitam, & ardentiſſime dilectam. Quod cum reliquæ, Anoſſa filia Hebeboris cæteris formæ præſtantia nobilior, & Ahaſſa filia Homoris eſſent ſubodoratæ, oppidò rei indignitatem fremebundæ tulerunt grauiter. Accidit autem aliquando, vt â concubinis æmulis, in gremio Iacobinæ quieſcens, & in ſinu eius ludens depræhenderetur, mulieres commotæ diro clamore in hæc proruperunt verba. Ecce ſanctimoniam prophetæ, eiuſcemodi ſcelera cōmittentis. Quibus auditis trepidare & obmuteſcere cæpit, ac iuramento nihil eorum inpoſterum ſe cōmiſſurum, pollicitus arctiſſimè ſe obligauit, vt animos mulierum habere poſſet pacatiores, & ad ineundam nouam reconciliationem paratos & faciles. Non longa tamen temporis mora interpoſita, ſuas delicias iterum delibat, nec Iacobina abſtinere, multo minus ea ſe carere poſſe ſatis comprobat. Ideo nouam legem figit quam Alcorano etiam poſtea inſeruit, & libidinibus vagis liberè indulgere ſibi permiſſum eſſe impudenti ore affirmare non erubuit. Fornicationes, adulteria & ſcelera verecundiæ & pudoris ergò ſilentio tegenda & prætereunda, iterauit & exercuit frequentiſſimè. Carnales enim affectus & voluptates ſummi boni loco habuit indubitanter. In Alcorano Azoara 45. paradyſum omnis generis voluptatibus affluere, venuſtiſſimis mulieribus, lepidiſſimis puellis: ſpecioſis concubinis abundare, auro & argento nihil vilius, cibi potusq; ſapidiſſimi copiam vbique obuiam eſſe, audacter aſtruit. Idcirco in libro de dogmatibus, qui à Turcis habetur authenticus, obſtinatè, quamquam ſtolidè, affirmat, præcipuum ferculorum in paradyſo fore iecur albi piſcis, quod palatum mirificè afficiat, ſecundas tribuit bellariis. Concludere itaque & ſtatuere videtur paradyſum parum ſuauitatis habiturum, ſi conſpectu virginum nitidarum ac mulierum ſpecioſiſſimarum conuerſatione & omnium deliciarum affluentia, cibi generoſiſſimiq; vini copia frui & vti, non liceat. En verò Chriſtiane pie, hominem effrontem, vel potius incarnatum Diabolum.

In Alcorano cap. de Baca, libidines Sodomiticas, igne & ſulphure iuſta iræ diuinæ nemeſi, punitas atrociſſimè, liberas & arbitrarias permittit. Nihil igitur noui aut inſoliti nobis videri poſſet, ſi perinde

Deus in ira ſua ardente modernos Turcas, cum ſuo principe Tyranno radicitus extirparet, ac funditus deleret & tolleret. Dei autem indulgentiæ diuturnioris, nullam ferè cauſam noſtris grauibus peccatis potiorem eſſe reputemus.

Sperandum tamen, & ſtatuendum firma fide, nobis pœnitentiam ſeriò agentibus, Deum immanem iſtam belluam, ſecundum miſericordiam ſuam & gratiam inexhauſtam, è medio ablaturum. Cogitandum etiam & confitendum eſt nobis, Turcam eſſe omnipotentis ac iuſtiſſimi Dei flagellum, quo nos immorigeram ſuam ſobolem corripit, & nihil dubitandum, nobis noſtram vitam emendantibus, eum noſtra vota exauditurum, ac tandem ferulam, quà, filio reſipiſcente nihil amplius opus eſt, in ignem, vt patres benigni & mites ſolent, coniecturum.

## *DE MAHOMETIS SPIRITV SVPERBO, mente inflata & temeritate ſatanica.*

## CAP. V.

FVIT Mahometes Apoſtata improbus & hæreticus blaſphemus, ſublimi ( vt ſunt plærique Sectariorum & eorum Magiſter Satanas ) ſpiritu, & mente elata præditus. Is per mediam malitiam, regnandiq; cupiditatem, quaſi per tramites & gradus ſubinde magis magisq; progreſſus eſt, ſicuti olim Lucifer, donec Iſmaelitarum vel Saracenorum regulus in Arabia crearetur, & ſpe ſua potiretur.

In flore enim ætatis ſuæ, cum multoties mercaturæ exercendæ gratia, Camelorum ductorem agens, in Ægyptum & Palæſtinam profectiones adornaret, quotidiana & mutua cum Chriſtianis & Iudæis habebat commercia, vt dicta ſcripturæ, & hiſtorias vtriuſque Teſtamenti, vſu ſibi redderet familiares & notas, quinetiam Magicis artibus ſtrenuè inuigilabat.

Et cum aliquando in prouinciam Canam migraſſet, cuius regionis Domina Tagida vocabatur, mirata eſt ipſa, varietatem tot tamq; pretioſiſſimarum, & nunquam ſibi viſarum mercium Mahometis. Tandem deſiderio eius & amore flagrare incipiebat, & familiariorem conſuetudinem illius libidinosè expetebat. Hac occaſione arrepta, Mahometes rerum ſuarum ſatagens, blanditiis ſe magnificè vēditabat, donec tandem reginam, mulierem leuem & inconſtantem, in ſuam naſſam pertraheret.

Voti ſui eo citius reddebatur compos, quod facundiæ beneficio, omnia ſua expoliret, & dictis vtriuſque teſtamenti dogma ſuum conſtabiliret. Verborum igitur tantum apparatum, infelix regina non potuit non admirari, imò honorificentiſſimè de ipſo ſentire cæpit. Quòd cum Mahometes olfeciſſet, reginæ potenti & illuſtri heroinæ fucum facere non erubuit, ſed muliebrem animum his dictis tentans, ſuperauit, inquiens. Illuſtris & generoſa Domina, T. generoſitatem latere diutius nolo, me eſſe Meſſiam, quem hactenus in præſentem vſque diem ſollicitè Iudæi præſtolantur, diuinitus miſſum. Et cum Magiæ peritus eſſet, opera Satanæ, ſignis diabolicis, omnia mirificè, ad ſtuporem, comprobauit, & præſtigiis ſuis veritatis ſpeciem conciliauit.

Facilè igitur Reginæ fœminæ, credulitati obnoxiæ, fraudibus & vafricie non ſolum imponebat, verum etiam Iudæos & Saracenos turpiſſimè decipiebat. Nam cum barbari iſti populi, ſtupenda & inaudita miracula Mahometem edere coràm cernerent, attoniti obſtupeſcebant, perſuaſum habentes, iam præſto eſſe Meſſiam qui virtute cládeſtina prodigiosè plæraque gereret. Cateruatim igitur vbique eum ſequebantur, & ſponte ſe illi dedititios facientes in poteſtatem eius peruenire exoptabant. Leges etiam ipſorum genio gratas ferebat, quibus authoritatem conciliabat & fidem S. Scripturæ dictis, ne peſtiferum dogma agnoſceretur. Hæc autē omina, opera & callidiſſimis conſiliis Sergij Monachi factionis Arrianę gerebantur, & Iſmaelitæ vel Saraceni hoc ipſo temporis articulo adhuc vltrò fatentur, illas leges ſibi à Mahomete eſſe latas.

Canæ autem regina cernens Mahometem à Saracenis plurimi fieri, & à Iudæis quoque reuerenter haberi & coli, & quod eius partes ſequerentur, dictoq; illi audientes eſſent, nec non humilimè eum obſeruarent, in hanc effœminatam, & cæcam opinionem delapſa eſt, vt certò ſibi perſuaderet nonnihil Maieſtatis diuinæ cælitus ei eſſe contributum. Et quandoquidem tum in viduitate cælibem agebat vitam, thalamo cæco errore reſerato, ei nubebat. Coniugij fœdere feliciter inito Dux atque princeps totius regionis inaugurabatur, & potentiam ſuam cupidè ſtabiliens ditiſſimus fiebat, & auariſſimæ mentis ſuæ inexplebili deſiderio ſatisfaciebat.

Poſtea in Hiſpaniam contendebat, anno vltimo regis Richardi, ac Cordubæ, quæ eſt primaria illius regni ciuitas, ſuum impiū & blaſphemum dogma paſſim ſpargebat: Videlicet Chriſtum ſaluatorē noſtrum, è caſtiſſima quidem virgine, per ſpiritum Dei natum, ſed tamē ipſum

minimè verum eſſe Deum. Hæc atrox blaſphemia, cùm ad aures Archiepiſcopi Hiſpaniæ Iſidori eſſet perlata, è veſtigio populum vniuerſum concitabat, vt Mahometem in vincula cõiicerent, & ad ſe adducerent. Verum Diabolus Mahometi apparebat, & hortabatur eum, vt ſibi caueret, & iſthinc diſcederet. Continuò igitur fugam capeſſebat, & nauem ingreſſus, in Africam traiiciebat, vbi infinitam hominũ multitudinem ſeduxit, perinde vti idem, non ita pridem in Arabia ab incolis facilè obtinuerat.

Africani & omnes populi finitimi, ſententiæ eius ſubſcribentes, facto agmine Perſiam inuadunt, & eam hoſtiliter depopulantur ac orientis imperium adoriuntur. Denique manipulus hic furum atque ſicariorum, per momenta breuia, ſumpſit tanta incrementa, vt ne Heraclius quidem Cæſar illis reſiſtere, multò minus opprimere aut funditus eos delere poſſet. Occupauerunt enim iam iam Syriam & Palæſtinæ maiorem partem. Geſta autem hæc ſunt, vt plæræque hiſtoriæ teſtantur, anno imperij Heracliani vigeſimo.

Inter cætera vt quam celerrimè variarum nationum innumeram hominum multitudinem, & farinæ ſuæ plurimos ſibi conſociaret aſſeclas hoc ſtratagemate vſus eſt. Vt enim vidit ſe ab omnibus finitimis populis prophetarum haud poſtremum haberi, res magnæ molis meditari & aggredi cœpit. Animo enim agitabat quo prætextu cum ſuis, Regi Romanorum ſe opponeret, & eundem ditione pelleret. Suæ igitur genti rebellionem à Cæſare perſuaſit, dum illis exaggeraret, quantis exactionibus exſugerentur: & callidè Imperatorẽ traduceret, quod oneribus ac ſeruitutibus variis & continuis à Romanis opprimerentur: quod etiam, ſi modo libertas ipſis cordi eſſet, iugum graue excutere, & ab omnibus illis calamitatibus liberari, ac in priſtinum ſtatum, coniunctis finitimorum populorum armis, redigi & vindicari poſſent, ſi modo religionem Chriſtianam abiicere & Mahumetanam vltrò recipere non grauarentur: Alterutrum autem ſi recuſaturi eſſent, victoriam atque trophæum planè nullum eſſe ſperandum. Iſtiuſmodi verborum lenociniis, tandem mentes omnium facilè, rebellionis cupiditate accendit, & concitatos in ſuam ſententiam pertraxit. Ad id autẽ haud parum & illud adiumenti ei attulit, quod ſe prophetam inſignem venditaret, qui Dei familiaritate vteretur, & miracula ſtupenda eiuſdem digito ederet. Multi quoque Iudæorum ab ipſo ineſcabantur, vt indubitanter crederent ipſum eſſe Meſſiam, populo Dei dudum promiſſum.

Poſtea

Poſtea cum Heraclius Cæſar ſuos in Africam miſiſſet, vt tributum debitum colligerent, confeſtim iis ſe opponebat Mahometes, vna cum his, quos ad defectionem ſollicitauerat, qui non veriti fuerunt intrepidè & impudenter affirmare ſe tributum nullum Imperatori Romano



daturos. *Deinde* cum Cæſareanis congreſſus, palmam & victricia arma reportauit. Rebus ita præclarè geſtis cœpit Mahometes criſtas erigere, & expeditionem ſuſcepit in Arabiam, Syriam & Meſopotamiam cum vniuerſo exercitu, & rerum vbique potitus, finitimis populis ſuaſor & author fuit, vt *R*omanorum iugum abiicerent, & priſtinæ libertati ſeſe reſtituerent. Cui ſententiæ ad vnum omnes aſtipulabantur.

Nocte quadam Heraclius Cæſar inſomnium habuit, euentui cor-

reſpondens, ideoq; memoratu dignum, quod videlicet in Africa muſculi quidam proſiliiſſent, & fimbriam veſtimenti ſui arroſiſſent. Poſtquam igitur ſuos legatos à Mahomete trucidatos & obedientiæ frænum plane eſſe ruptum, ac tributum debitum fronte perfricta negari intellexiſſet, cogebat Cæſar ingentem exercitum, cui præficiebat fratrem Theodorum qui tum Orienti præerat. Is militem ſuum maturè expediebat in Africam, vt rebelles coerceret & compeſceret. Cum itaque alacri animo pergeret, arma cum aduerſariis conferens, victus & cum ſuis ad internecionem ferè cæſus, ipſe in maximo vitæ diſcrimine conſtitutus, vix ſaluus euaſit. Poſtquam autem Cæſari omnem rem, & infelicem pugnę exitum expoſuiſſet, orabat ſibi exercitum maiorem committi, vt cum fœdifragis ſubditis, rebellione, & periurio elatis, altera vice congredi poſſet. Cæſar tum ei inſomnium de muribus Africanis recenſuit, nihilominus exercitum priore multò numeroſiorem conſcripſit, ac Thedoro fratri tradidit, vt fortiter contumacium vires minueret atque infringeret, & eoſdem penitus deleret. Licet autem Romani militis exercitus numero ferè infinitus eſſet, tamen cum iam in hoſtium finibus verſaretur, & Mahometis vires ac animum ad dimicandum paratiſſimum cognoſceret, attonitus ac rerum ſuarum incertus, prælij periculum declinans in propinquum quoddam caſtellum nomine Gabatin metu conſternatus properè ſe recipiebat. At Mahometes hæc proſpiciens, ex inſidiis Romanos adortus eſt, ac magnam exercitus partem proſtrauit. Tandem cæteri Romani certiores facti, multos ſuorum in fuga crudeliter interfici, ſignis conuerſis de rerum ſumma dimicarunt, verum plæriſque proſtratis & per campos diffuſis victi ſunt, ac ipſemet Theodorus Cæſaris frater fortiter pugnans, occubuit, pauciq; fuga elapſi ſunt: ac ſic Romanorum in Africa imperiū ſublatum atque euerſum eſt.

Cum igitur Agareni vel Saraceni & ipſorum confœderati cernerent, Romanos à ſe ſuperatos, victoriamq; à partibus ſuis ſtare, mirum in modum lætati ſunt, atque animoſiores redditi in Syriam mouerunt, & Damaſcum recta petentes, communi calculo, & omnium ſuffragio Mahometem regem elegerunt & coronarunt. A nutu enim eius dependebant omnes, ipſumq; impensè diligebant, quod opera ipſius à dura ſeruitute Romanorum liberati iugum graue excuſſiſſent. Regni initium, cui ferè decennium præfuit, in anrum Chriſti 623. vel ſecundum quoſdam in 630. à probatis ſcriptoribus collocatur, &c.

*MAHO-*

## *MAHOMETEM IVSTO DEI IVDICIO ET ultione, morbo comitiali, qui & Herculeus vel Epilepticus vulgò vocatur, correptum fuiſſe.*

## CAP. VI.



GRAVISSIMI & præſtantiſſimi quique authores, in eo conſentiunt & communi calculo confirmant, Mahometem ſine dubio iuſto Dei iudicio, morbo comitiali fuiſſe obnoxium, eoq; miſerè frequenter exagitatum. Hoc autem quanquam verè ſic ſe haberet, & tragici paroxyſmi, ſatis ſuperq́ue id teſtatum facerent, impudenter tamen, colore fucato, grauem morbum eleuare ac tegere

tegere conatus eſt. Nam cùm Sacer morbus de improuiſo, incautum aliquando impeteret, & eum ad terram præcipitaret, vt inſtar apri à canibus in venatione irritati ſpumaret. Coniunx eius tam triſti ſpectaculo territa, lachrymas largo imbre profudit, & ingemiſcens teſtificata eſt animi mœrorem maximum, quod ſe circumuentam intelligeret, & quod viro laboranti morbo atroci, ac cordatiſſimo cuique metum incutienti, nupſiſſet. Quod cùm Mahometes percepiſſet, ſe erigens ſic eam conſolaturus, allocutus eſt: Noli lachrymari aut trepidare chariſſima coniunx. Nam cum Archangelo Gabriele colloquium & arduũ & prolixum modo mihi fuit de rebus diuinis, faciei autem eius fulgorem cum ferre nequeam; ad terram attonitus protinus recido & cùm corporis tum animi vigore deſtituor. Facies enim eius eſt auguſta, diuinam Maieſtatem repræſentans. His dictis, ope diabolorum miracula aliquot in præſentia coniugis edidit, quibus permota fidem ei adhibuit, ſicut & alij populi, qui exiſtimabant eum cum Archangelo Gabriele ſæpius colloqui, & ex eius voluntate ac conſilio leges ferre, eaſdemq́ue etiam obſeruandas ſtatuere atque decernere.

## QVO PRAETEXTV, QVIBVSVE PRAESTIgiis vſus ſit Mahometes in legum ſuarum publicatione.

## CAP. VII.



MAHOMETES, vt ſuperioribus capitibus indicatum eſt, impudenter & ſuperbè, magna animi contentione aſtruebat, ſe eſſe prophetam à Deo miſſum, vt omnium populorum ſalutis eſſet miniſter, & mitigaret leges ac religiones Iudęorum ac Chriſtianorum, aliquantulum rigidiores. Sed vt veſana plebs iſtiuſmodi aſſertionibus pleniorem haberet fidem, & ipſum à Deo miſſum ſibi perſuaderi pateretur, ad publicum quoddam theatrum populum ſuapte natura ſuperſtitioſum & credulum conuocauit, vt ibi cernerent,

& ex miraculis cognoſcerent ſuas leges authoritate diuina eſſe latas. Et cum ibi, coram totius populi frequentiſſima corona, audacter ſine rubore aliquandiu, egregiè omnes ſuas actiones præclarè expoliiſſet, & potiſſimum de ſuis legibus plauſibiliter nugatus fuiſſet, derepente columba, longo vſu ſic conſuefacta, per aerē ſe demittens, humeris eius inſedit, ac roſtrũ auribus eius, in quibus grana habebat occultata, infigebat, ſicuti ea eſuriens cibum ex auribus Mahometis petere iam olim



conſueuerat. Stultus ecce, & faſcinatus populus Spiritum ſanctum in ſpecie columbæ apparuiſſe, ac Mahometi leges dictare firmiſſime cœpit credere, non animaduertens columbam ex eius aure cibum capere, ſed permiſſione diuina, factum eſt, vt Diabolus populum impium excæcaret, & pro meritis excarnificaret.

Bos præterea per medium populum irrupit, cuius fronti & cornibus ſuam legẽ aptauerat. Hic didicerat à teneris pabulum è manu Mahometis petere, quoties vocem eius eminus percipiebat. Plebs ſimplicior iterum ea ferebatur opinione, Bouem à Deo miſſum eſſe, vt leges Mahometi afferret. O cæcitatem; ô immẽſam populi ſtupiditatem! Tantamne ipſis ineſſe potuiſſe dementiam quiſquam crederet? Verum exempla modo enumerata docent, & demonſtrant, quanta ſit mentis noſtræ infirmitas atque caligo, diuina gratia à nobis miſeris hominibus recedente. Comitatur enim tum nos continuus error & terror, vt qui ſtat, neceſſe habeat, videre, ne cadat, & orandus eſt Deus impensè atque deuotè, ſicuti Paulus hortatur, ne in Diaboli laqueos incidamus. Noſtræ etenim vires ſunt imperfectæ, & ſenſus debiles, ac ratio in diuinis caliginoſa, quando Deus à Satana oculis noſtris tenebras offundi permittit, vt ne craſſiſſimos errores agnoſcere aut diiudicare valeamus, ſed eos quaſi veros & inculpabiles obſtinatè, cæca mania, defendere nihil vereamur. Præſtigiarum Mahometis, è ſexcentis, vnam ſaltem adhuc adiiciam. Eodem tempore ſub terræ latebris dolia vel tonnas aliquot optimi mellis & lactis aſtutè occultauerat, quas ſubdolè, quaſi aliud agens, erui curabat. Rem inopinatam & planè nouam ſtupẽtes Saraceni legibus publicatis iſtiuſmodi felicitatem & futuram omnium rerum neceſſariarum vbertatem adſcribebant, & fidem Mahometi tribuebant plenariam, qui ſigno miraculoſo benedictionem diuinam, ex ipſius legibus prouenturam prædici affirmabat.

Eiuſmodi igitur ſycophantiis & artibus veteratoriis, ac miraculis diabolicis, ambiguos ſuorũ reddidit animos, vt repudiata veritate melioribusque conſiliis, præſtigiis & illuſionibus Satanicis impudentiſſimis vltrò aſtipularentur.

## *DE FALSITATE LEGIS ET DOCTRINAE Mahometicæ.* CAP. VIII.

SATANAS hæreſes præcipuas, quæ vllis vnquam ſeculis prioribus ſunt agitatæ, per miniſtrum ſuum Mahometem & eiuſdem Satellites, ab orco quaſi reuocauit, & Pandoræ pyxidem recluſit.

Principio pernegat articulum de S. Trinitate, & perſonis diuinitatis, cum impio Sabellio.

2. Docet Chriſtum per omnia fuiſſe creaturam tantum, & mordicus

id cum Ario, cuius dogma à Sergio monacho acceperat, temerè propugnat.

3. Prætendit Iudæos non ipſum Saluatorem Chriſtum, ſed alium quendam eius vultum gerentem cruci affixiſſe. Quæ aſſertio Manichæiſmum redolet.

4. Aſſerit Deum patrem, Chriſtum equidem in cœlum recepiſſe, qui tamen ſub Cataſtrophe mundi ſit reuerſurus, & Antichriſtum occiſurus, poſtmodum etiam Chriſtum ipſum, vt creaturam, moriturum. Hac aſſertione quandoquidem Chriſti mortem pernegat, tollit ſacramenta penitus, quæ Chriſti merito, morte & reſurrectione nituntur & firmantur.

5. Aſtruit ſine fronte Diabolos per ſuum Alcoranum ſaluari poſſe. Præterea quod multæ legiones Diabolorum ex mera Alcorani recitatione, virtute diuina, in Saracenos conuerſæ ſint.

6. Somniat etiam & aſſerit, ſe aliquando ab Archangelo Gabriele vocatum, & ad omnipotentis Dei thronum productum fuiſſe, & cum Deus humero appropinquantis Mahometis manum impoſuiſſet, ſe in ſpinali medulla tantum frigus ſenſiſſe, vt totius ſui corporis & temperamenti ſit ſubſecuta memorabilis alteratio. Manum enim Dei ſibi viſam eſſe quauis glacie frigidiorem. In hac ſomniorũ ſuperſtitione colludit cum Anthropomorphitis, ſtatuentibus Deum realia habere membra.

7. Fingit S. ſpiritum eſſe creaturam. Et in eo, ni fallor, eandem cum Macedonio fouet doctrinam.

8. Contendit Angelorum quoſdam mutatos in Diabolos, propterea quod Adamum adorare noluerint. Hanc vanam opinionem, cum nemine alio habet communem.

9. Affirmat hominis beatitudinem conſiſtere in cibi ac potus affluentia, apparatu magnifico, luxuria veſtitus & voluptate libidinis ac ſpaciationis in hortorum areis. O dementiam, ô cæcitatem.

10. In cap. de menſa aſtruit, de ſuis populis & ſubditis planè actum fore, ni librum diuinis dogmatibus plenum, nempe Alcoranum ſtrictiſſimè obſeruauerint, & in omnibus præceptis eius ritè ambulauerint.

11. Docuit, ſpreta honeſtate, cuiuis liberum eſſe, aliorum coniuges rapere & vitiare.

12. Conſulens libidini ſuæ inſatiabili, in medio relinquit, & liberum ac arbitrarium eſſe affirmat, tot ducere vxores quot poſſit quiuis alere.

13. Præ-

13. Præcipit lotiones corporis crebriores ad remiſſionem peccatorum eſſe frugiferas, quæ opinio ab Anabaptiſtarum cæremoniis non admodum diſcrepat.

14. Laxas dat habenas Sodomiæ, eamq; à peccati nomine vindicat. Videatur Alcorani textus, nulla fronte negandus.

Hæc eſt ſumma blaſphemæ, & deteſtandæ doctrinæ Mahometicæ, hic breuiter comprehenſa. Religioni autem huic qui repugnauerit aut eius legi nõ paruerit, Mahometis mandato morte plectẽdus eſt.

## *DE VANITATE ET FABVLIS LEGIS MAhometicæ.* CAP. IX.

LIBET hic loci pueriles, mendaces & putidas aſſertiones & fabulas tanti prophetæ exponere, vt quilibet ſanæ mentis palpare poſſit, Mahometis doctrinam, nõ normam diuinam ſed Diaboli eſſe dogma. Spiritus etenim Domini circa turpes iſtiuſmodi, & à veritatis via erroneas, ac ſordidas doctrinas minimè eſt occupatus, qualibus elegans hic propheta ſtolidè ſe implicat. Vt igitur lectori riſum moueamus, paucula quædam oblectationis ergò proponemus.

In cap. de Lenemelle, quod latinè ſonat de Formica, recenſet Salomonem aliquando congregaſſe Angelorum infinitum chorum, item hominum & animalium cæterorum, quæ ad Comitia inſtituta obedienter & ſolenniter comparuerint, ſola vpupa excepta, quę ob iſtam negligentiam in ſummum vitæ diſcrimen veniſſet, niſi prolixa & eleganti oratione ſuam innocentiam aſſeruiſſet.

In cap. Delchamar fabulatur ſe aliquando, præſentibus quibuſdam amicis lunæ motum & poſitum contemplatum fuiſſe. Iis autem miraculum videre cupientibus, ſe nutu digiti ſui lunam ad ſe vocaſſe, quæ continuò in duas partes diuiſa ſit, & earum alteram in montem, cuius radicibus vrbs Mequa adiacet, alteram in oppoſitum, decidiſſe, eam verò è veſtigio à ſe iterũ in integrum, & nitori priſtino eſſe reſtitutam.

In libro Narrationum, rationes reddit, cur à vino ſit abſtinendum, ac nugatur Deum aliquando, duobus angelis, quorum hic Aroth ille Maroth dictus, vt iuſtè omnibus iuſtitiam adminiſtrarent, totius terrarum orbis gubernationem demandaſſe. Hos à muliere quadam ſpecioſiſſima, litem dirimendam proponente, inuitatos & menſæ adhibitos, tandem largiore mero inebriatos, rem cum ipſa habuiſſe, vt au-

tem Deus enorme delictũ vindicaret, pedibus, Angelos catenis alligatos ſupra paludem Babylonicam corporibus inuerſis pendulos feciſſe. En tibi Lector candide, nugas elegantulas & ſuaues.

Similia multa anilia proponit, quibus recitandis lectorem beneuolum minimè onerandum cenſeo. Pro colophone tamen adhuc quædam paucula adiiciam. In eodem libro ſtatuit cœlum conſtare exhalationibus terræ, iſtos autem terræ fumos oriri è Mari, mare præterea ſuos fontes è mone Caph, qui uniuerſum mundum ambiat, & cœlum ſuſtentet, petere.

Et cum in fabuloſas narrationes noſtra opinione prolixius progreſſi ſimus, nec hæc prætereunda eſſe iudicamus. Aſſerit ſuem ex Elephante, murem è ſtercore porci, catum è præputio Leonis natũ eſſe.

Ibidem fabulatur Deũ in conſummatione mundi omnes creaturas Archangelos & Angelos perempturum, nihilq́; vitam retenturum, ſolo Deo & morte, demptis. Mortem autem fingit Angelum, nomine Adrielem, cui tandem Deus ſit mandaturus, vt ſibi ipſi manus inferat. Omnibus ſic peractis Deum voce magna clamaturũ: Vbi, vbi inquam ſunt reges & principes terræ? Poſtea creaturas omnes vitam eſſe recuperaturas.

## *DE SANCTIONVM MAHOMETICARVM putido fundamento.* CAP. X.

IN libro qui ſcala Mahometica appellatur, cap. 85. hiſtoriam recenſet qua viſiones ſuas ſtabilire conatur, inquiens: Poſtquam ego Mahometes aliquando Mechæ, domi in thalamo à latere meæ coniugis cubarem, ac diu multumq́ue diuinis cogitationibus & contemplationibus deditus fuiſſem, obrepebat mihi ſomnus. Ecce verò è veſtigio apparebat mihi Angelus Gabriel, hanc formam planè referens. Facies eius lacte erat candidior, vt ſuperaret niuẽ, capillus rubedine æquabat corallia, ſupercilia habebat mirè ſpecioſa, os roſeum, dentes eburneos: ſtola indutus alba, margaritis & gemmis renitente, acus pictura doctè elaborata, cingula duo, lumbos eius ambientia latitudinis palmum excedentis, è puro auro fabricata erant, manus rubeæ, vt ignis candens, pedes viriditate Smaragdum ſuperantes. Hic blandè me alloquebatur dicens: Adeſdum, attende Mahometes, ac ſequere me: Accinge lumbos, onera humeros pallio, & vela caput tuum, Deus enim ſuam potentiam & Maieſtatem tibi hac nocte manifeſtabit. Læto hoc nuncio accepto, continuo me

erigo,

erigo, & protinus ſurgens ad domus meæ veſtibulum feſtino, fores aperio, & ibi Gabrielem conſpicor, qui beſtiam fræno tenebat, cui nomen Alborac, & vt ei inequitarem hortabatur. Forma eius, ſtatura atque proportio erat iſtiuſmodi: Maior & robuſtior aſino apparebat, minor tamen & macilentior mulo. Vultu referebat hominem, & pili eius erant margaritæ, pectus è Smaragdo, cauda è rubino, & oculi illius ſole videbantur lucidiores, pedes habebat Camelinos. Ephippium ei erat impoſitum, auro margaritis & lapidibus pretioſis, adeò ſplendidè condecoratum, vt nullius hominis lingua aut cogitationes id conſequi, & laudibus ſatis dignè vehere poſſint. In deſcriptione pulchritudinis beſtiæ huius, eodem in libro copioſiſſimus & occupatiſſimus eſt, verum Cacodæmonem in hac forma comparuiſſe prorſus non eſt dubitandum, &c. Deinde ſequitur. Hæc beſtia Angelis quamplurimis erat ſtipata, (qui haud dubiè nigri & Beelſebubi fuerunt ſatellites, ſicuti & egregius hic Gabriel, de quo magnificè & pompoſè loquitur, fuit Satanas ipſe,)

Sed Somniator in ſua ſomnolentiſſima narratione pergit. Gabriel, inquit, comiter me alloquitur. Mahometes inſide beſtiæ & equita. Verùm cùm accederem fremebunda me repudiabat. At Angelus ſubiecit. O beſtiarum generoſiſſima, Alborac, ſiſte gradum, iureiurando enim tibi ſanctè cõfirmo, à mundo condito talem virum nunquam tibi inſediſſe, nec etiam eodem durante tibi talem inequitaturũ. Quod rectè & verè dictum putandum, ſi dictionem (talem) benè intelligas, nempe in confingendis putidis mendaciis, patrandis ſceleribus enormibus & blaſphemiis iterum atque iterum eructandis. Nam ne ipſe quidem Diabolorum princeps, in regni ſui infernalis aula, vnquam citra omnem controuerſiam, nocentiorem Apoſtatam, proditorem, furem aut latronem, hoc ipſo Mahomete, aluit. Hæreſes enim omnes anathemate dignas fouit, plantauit, rigauit, coluit, renouauit, & obſtinatè ſemper propugnauit, cuius ſimilem Sol nunquam videbit.

Præterea ſequitur, &c. Et percunctabatur beſtia, Hem Gabriel inquiens quis ergo eſt iſte? Reſpondit Angelus vel potius Diabolus, Mahometes Heros, Dei legatus & propheta magnus. His auditis beſtia oue tranquillior eſt reddita, vt ſecurè ei inſiderem, Gabriele ſtapedes mihi tenente. Et cum beſtiæ greſſum obſeruarem, animaduerti paſſum vnum ab altero tantum diſtare, quantum oculus hominis poteſt proſpicere. Beſtia autem illa verſus templum Hieroſolymorum pergebat, & Angelus me comitabatur. In profectione hac (ait) bis au-

diebam

diebam vocem. Heus Mahometes præſtolare: Ego verò mutus magis quam piſcis pergebam. Poſtmodum elegantis & ſpectatiſſimæ formæ mulier ſe mihi offerebat, quæ ter voce intenta me interpellabat. Heus inquam Mahometes, ſubſiſte paululum, vt tecum poſſim colloqui. Ego autem aduentātem, fronte corrugata, & facie minitabunda, auertebam. Videns hæc Gabriel dixit: Reipſa iam comperi te ſagaciſſimo eſſe ingenio, atque ſummæ prudentiæ virum. Prior enim vox erat lex Iudaica, cui ſi reſpondiſſes, neceſſitate ineuitabili, omnibus tuo imperio ſubiectis populis, dogmati Iudaico conſentiendum fuiſſet. Sin verò poſteriori auſcultaſſes, tuorū nemo non in caſtra religionis Chriſtianæ tranſuolaſſet. At mulier illa venuſta ac nitida, quæ poſtremo te compellauit, fuit mundi typus, cui omnis generis voluptates ſunt tritiſſimæ. In illius honorem & gratiam, cum ſaltem aliquantulum cunctatus ſis atque ſubſtiteris, ſcito ſubditos tuos præ cæteris populis omnibus qui fuerūt aut futuri ſunt, voluptatibus & gaudiis in hoc mundo fruituros.

Interim ad templum, inquit, venitur, Gabriel iubet deſcendere, & beſtiam alligat. Poſtea manu me ducit, in templi receſſus interiores, vbi chorum prophetarum omnium, quos Deus è monumentis ſuis ad me honorandum eduxerat, inueni, cumq; duas præſtantiſſimas orationes feciſſem, illi me honorificè ſalutabant, meq; certiorē faciebant de multis maximis bonis, quæ mihi Deus parauerat.

In alio quodam loco affirmare non erubeſcit, ſe ibi cum Abrahamo, Moiſe & filio Mariæ Ieſu, familiariter fuiſſe conuerſatum. Quorum ille dolium vino, alter dolium lacte, hic verò dolium limpida aqua plenum obtulerit. Sed en Chriſti contemptorem & mendaciſſimum nugatorem, fronte prorſus carentem. Præterea vocem cœlitus ſibi auditam eſſe flagitioſiſſimè contendit, dicentem: Si elegeris dolium vini, de te & populo tuo actum erit. Sin dolium lactis fueris amplexus, pari modo extirpaberis. At verò ſi limpidam potiorem habueris, cum omnibus tuis ſaluaberis. Vt autē putida mendacia palliaret, addebat, Moiſes erat nitida facie, crine ruber: Ieſus capillis flauis, & mediocris ſtaturæ: Abraham mihi per omnia ſimilimus.

Multa alia, longè vaniora, in libro ſuperius allegato continentur, de Scala Mahometis, in templo ſtante, & ad polum pertingente, qua ad firmamentum conſcenderit, & in itinere plurimos Angelorū, præſertim Angelum mortis Adrielem, vt ſupra dictum eſt, compellauerit. Sed futiles & fabuloſas iſtiuſmodi narrationes pudet pigetq; prolixius

recitare,

recitare, cum noſtri inſtituti non ſit Mahometicam ſcholam aperire. Breuibus igitur tantũmodo legis Turcicæ arenoſa fundamenta monſtrare, diabolica mẽdacia patefacere, & Satanica eius cõſilia adumbrare & delineare volui. E quibus omnibus, quilibet mediocris iudicij, facile intelliget, & manu quaſi palpare poterit, nihil religione Turcica eſſe, ſuperſtitioſius, aut à mentibus honeſtis alienius.

## DE FVNESTISSIMO INTERITV ET MORTE *tragica Mahometis.* CAP. XI.



CVM veterator hic ſceleratus, homo impurus, doli & fraudis plenus, æuum ad annos 34. vel vt quidam opinantur 37. perduxiſſet, & eius maiorem partẽ in libidinibus vagis conſum-

maſſet, accidit vt tandem ad orcum raperetur, & finem, ſceleratæ vitæ peractæ correſpondentem horribilem, & exitum atrocem, ſortiretur. Cum enim incircumſpectè venenum hauſiſſet, corpus eius veneni ſæuitia intumuiſſe, & 14. dies continuos epilepticum morbum perpeſſum eſſe ferunt, donec tandem frendens, inſtar ſpumantis apri, horribiliter contabeſceret, omnibus ſenſibus deſtitutus. Lethiferum hoc philtrum, à quodam ſuorum diſcipulorum, ei clam propinatum eſſe



multi conſtanter affirmant. In viuis diſpoſuerat, ne ante triduum ſepeliretur, etenim ſe reſurrecturum fuerat ſæpiſſimè gloriatus. Vt igitur vanitas eius innoteſceret omnibus, à quodam ſuorum, quem multoties grauiſſimè offenderat, veneno ſublatus, & ſacri morbi ſæuitia extin-

ctus

ctus creditur. Verum cum non tantum ad tertiũ, ſed ad duodecimum diẽ ſepultura reiecta eſſet, & iam ipſe fœtere inciperet, vt de eius reſurrectione nulla ſpes ſupereſſet, nec vlla aſcenſionis ad cœlos apparerent indicia aut ſigna, chalybeo feretro incluſus, ad templum vrbis Mequæ auguſtiſſimum deportatus eſt. Verum, cum adhuc ſuperſtes, illius templi laquearibus, magnam vim atque copiam optimi Magnetis clanculum inſeri & infigi artificioſè curaſſet, Magnetis virtute eleuabatur, & ſurſum rapiebatur, non ſine ſtupore aſtantium. Hinc factum, vt ſimpliciores, de populi fece, & excæcati illius regionis incolæ in hac opinione ad hunc vſque diem perſeuerent, id ipſum veritatis Mahometicæ doctrinæ fuiſſe certiſſimum teſtimonium, & eius gloriæ infallibile ſignum. Quapropter etiam hoc noſtro ſeculo, Turcæ, ſtatis anni temporibus, Mequam frequenter viſitant religioſè. Quanquam ſuperioris, & moderni ſeculi hiſtoriæ, & experientiæ multæ homines clari, perhibent, Anno 1470. Templum Mequanũ fulmine, magna ex parte, vna cum feretro, & cadauere Mahometico abſorptũ, ac igne cœleſti ita conſumptum & funditus deletum, vt vix eius vlla appareant rudera. Hic fuit finis & exitus turpis ac horribilis fanatici prophetæ, qui non dignus, vt memoria eius inter viuos locum amplius vſpiam inueniat.

## *OTHOMAR SVCCESSOR MAHOMETIS, REX Saracenorum ſecundus, & primus Calyph.* CAP. XII.

MAHOMETE, vt ſupra dictum, extincto, Saraceni regem crearunt alium quendam nomine Othomarum, ſanguine proximum Mahometi. Eum ſalutabant Calipham, quæ vox idem ſonat, quòd latinis ſucceſſor aut hæres. Succeſſerat enim Mahometi in adminiſtratione regni. Sub hoc Calipha Saraceni Caramaniam, Græcæ ditionis, olim Cilciam appellatam, in ſuam poteſtatem redegerunt, Continentur autem ſub Caramaniæ tractu Antiochia & Pamphilia, quarum incolæ noſtris temporibus Scauri & Seleuci, à Saracenis Scandalori vocantur. Hæc acciderunt tum temporis, cum Græcorũ principes & proceres Reginæ Martinæ linguam execuerunt, & eiuſdem filio Heraclioni naſum amputarunt, quod Conſtantinum Cæſaris Heraclij filium innocentem veneno ſuſtuliſſent. Iis temporibus Hormiſda rex erat Perſiæ, qui cum ſe

viribus imparem hoſtibus Saracenis ſentiret; implorabat vicinorũ ſuorum, qui Turqueſtani vocabantur, opem. At verò cum illi pro inueterata illius populi conſuetudine, in militiam cõiuges & liberos ſecum ducerent, nimis ſerò appulerunt. Hormiſda enim priuſquam Turquemanni vel Turqueſtani propius acceſſiſſent, à Saracenis cum multis millibus ſuorum ad internecionem cæſus erat. Incidit hæc clades memorabilis in annum Chriſti 611. Perſarum rege Hormiſda è medio ſublato occuparunt Saraceni agrum Perſicum, ſubiicientes ſibi regiones finitimas, vna regiuncula Abcas, quæ pars eſt Georgiæ excepta, cui annumerari poteſt Armeniæ quædã portio, vulgo Haloen dicta. Audito autem regem Hormiſdam ſuccubuiſſe, Turquemanni vlterius progredi noluerunt, ſed legatis ad Saracenos miſſis, tributa & obedientiam vltrò ipſis deferentes, imperata ſe facturos pollicebantur, modò territorij illius agricultura, vbi iam iam habitaturi cõſiſterent, & caſtrametati eſſent, benignè concederetur & coloniæ introducendæ facultas daretur.

Pacificè poſtea vterque populorum cohabitauit totis 300. annis, vt tandem nemo non perſuaſum haberet, vtrunque vnius & eiuſdem eſſe originis. Veruntamen Turquemanni ſemper ditionem ſeparatam retinuerunt, in qua ditiſſimi & potentiſſimi euaſerunt, vt diſſidentibus inter ſe Saracenis, eos ſede eiecerint, regnumq́ue ſibi rapuerint. Qua de re pluribus poſtea. Hæc geſta ſunt Anno Chriſti 1540.

Obſeruandum autem eſt obiter, Calipham decennium tantum ſceptrum regium geſtaſſe, ſed regno pulſum, anno ætatis ſuæ 65. Et cum vi armata, ſui in integrum reſtitutionem tentaret, occiſum, cùm imperaſſet annis 10. menſib. 6. & alium quendam Hally nomine ſolenniter inauguratum eſſe, &c.

DE

## *HALLY COGNOMINE CALIPHA, SARACEnorum tertius Rex.* CAP. XIII.

HALY Calipharum ſecundus, Saracenorum rex tertius, Hormiſda extincto Cæſar creabatur. Hic Caliphæ titulum ſpernebat & repudiabat. Propheta vero & Dei amicus intimus, ſicut & Mahometes, ſalutari cupiebat. Configebat enim & abrogabat ſanctionũ & ſtatutorum à Mahomete poſitorum, haud exiguum numerum, ſurrogatis legibus nouis à ſe fabricatis. Quamobrem inter Saracenos tandem magna animorum diſtractio eſt ſubſecuta. Ii enim qui opinionem Mahometanam mordicus defendebant, alium quendam Calipham in Ægypto eligebant. Cæteri Perſarum ferè omnes Hally erant addictiſſimi. Hic is eſt cuius gloria & Maieſtas creuit in immenſum. Nam Turcæ eum pari deuotione cum Mahomete inuocant, ouantes, Alla Mehemet Hally. Id quod nobis ſonat Deus, Mahometes, & Hally.

Animis Saracenorum ita diſiunctis, rerum ſumma Alexandriæ tum erat penes quendam Suldanum, nomine Selymum, qui primò Ægypti Calipha interfecto ambiebat dignitatem Caliphæ Ægypti, cui etiam pro voto ſuccedebat, & Calipha Baldacenſis nuncupabatur. Verum cum quidam in Ægypto habitantes Saraceni, hunc ferre nollent, faſtidio regis in Africam traiiciebant, & inde Vandalos eiiciebant, qui tunc Africam incolebãt, & Chriſtiani erant, ſed Arrij dogmate infecti. Habitarunt autem tranquille ibi, à tempore regis Genſerici vſque ad Theodoſij Cæſaris gubernationem.

## *SARACENORVM RES PRAECLARE GEſtæ, & quædam de Suldano Mehua.* CAP. XIIII.

ANNO Chriſti 640. Mehua Ægypti Suldanus creabatur, ſuccedens Selymo, fatis concedenti. Mehua autem Saracenorum lingua ſignificat velocem, vel celerem conſiliis & rebus expediendis idoneum. Hic obſidebat, & denique expugnabat inſulam Rhodum, ac fragmenta ruderum Coloſſi (miraculorum ſeptem mundi, vnius) nongentis, vt Æneas Syluius annotat, aut nonaginta vt Volaterranus ſcribit, Camelis baiulis ad vrbem Ægypti Alexandriam, tranſportari curabat.

## DE ABDALLA SVLTANO AEGYPTI. CAP. XV.

ANno Chriſti 660. Mehua inter viuos agere deſinēte, ſucceſſit Abdalla, qui poſtmodū Syracuſas deſcendens, Ægypti Suldanus coronabatur, haud multò poſt, quam Conſtans, Cōſtantini Cæſaris filius à Martina nouerca, Cæſaris Heraclij cōiuge, veneno eſſet ſublatus. Sub hoc Suldano Saraceni inuadebant Italiam, & occupantes Romam, eam auariſſimè deprædabantur, Theſaurum Conſtantini, quem Romæ, in loco ab omni inſultu hoſtili tuto occultatum, Conſtantinus in vrbem Conſtantinopolim tranſmittere conſtituerat, rapientes.

## DE ABIMELECHO AEGYPTI SVLDANO. CAP. XVI.

CIrciter annum Chriſti 690. interempto Suldano Abdalla, Abimelechus ſuccedebat. Nominis Etymologiam ſi ſpectaueris, Saracenicè ſonabit tibi idē, quod latinè pater rex. Hic ducentis & ſeptuaginta nauibus traiiciebat in Hiſpaniam: verum cum inconſideratè rebus ſuis perperam conſuluiſſet, deſideratis ſuorum quamplurimis aut confuſis, iterum ſe in Africam recepit. Hos, cum in Africam rediiſſent Iuſtinianus ſecundus pro meritis excipiebat, & diſſipatos in fugam agens profligabat. Ferunt hunc primum Miramamolinum fuiſſe, cui Cæſar Leontius exercitum ab omni armorum genere inſtructiſſimum oppoſuit, Duce Tyberio, qui cum Saracenos prælio viciſſet, à militibus imperator Conſtantinopolitanus creatus eſt: ac vrbem Conſtantinopolim ingreſſus, incautum Cæſarem Leontium in carcerem coniecit, ac naſo & auribus priuatum in Monaſterium relegauit.

DE

## *DE SVLTANO SOLYMANNO, ET ALIIS REbus ab ipſo & Saracenis præclarè geſtis, ac memoratu dignis.* CAP. XVII.

ANno à nato Chriſto 721. Solymannus, quod nobis idem eſt cum Friderico aut pacifico, inaugurabatur Ægypti Sultanus. Hic biennium integrum exercitu Conſtantinopolim cingebat, re tamen infecta diſcedere coactus eſt propter peſtem quæ in exercitu eius graſſabatur. Acciderunt autem hæc Theodoſij Cæſaris, ſucceſſoris Anaſtaſij Imperatoris tempore, Gregorio ſecundo Papa & Chilperico Francorum rege, Saraceni Mauri dicti ſunt, quod è Mauritania irruptiones in Hiſpaniam fecerunt.

Anno 725. Eudes Gaſconiæ dux conuocatis ex Hiſpaniis Saracenorum aliquot millibus, expeditionem ſuſcipiebat, contra Theodorium, Dagoberti regis filium. Notatu autem digniſſimum, eundem hunc Gaſconem, ab Alarico Gothorum rege, qui Anno Chriſti 412. tempore Cæſaris Honorij, Gaſconiam ſubegerat, & in Hiſpaniam tendens VVandalos eiecerat, eſſe oriundum.

Anno ſalutis 800. Saraceni ex Africa traiiciebant, & depopulabantur inſulas Corſicam & Sardiniam, easq; expugnantes occupabant. Deinde anno gratiæ 822. ijdem ex Ægypto mouentes, impetebant Cretam & Siciliam, quibus ſubactis hoſtiliter, ducentos annos dominati ſunt crudeliſſimè. Hoc tempore Leo Papa à Longobardis Italiæ populis duriter tractabatur, qui tamen poſtea à Carolo Magno, priſtinæ dignitati reſtitutus eſt.

Anno 827. Salutis redemptæ Saraceni Italiam vaſtantes Romam diripiebant, & Vaticanum, ac S. Petri Baſilicam, & montem Caſſinenſem, quem à ſancto Germano nomen ſortitum ferunt, occupabant. Tanti facinoris dux & autor erat Sultanus Sabæus. Annis 20. elapſis Saraceni denuò in Italiam mouebant, & portum Anconenſem occupauerunt, ſceptrum prætereà longè lateq; in Mare Adriaticum protendentes, igni ferroq; obuia quæuis loca vaſtarunt.

Deinde ſub Imperio regis Lotharij, Ludouici pij filij, & Michaelis Cæſaris Conſtantinopolitani Anno 900. ab orbe redempto, Saraceni Italiam viciſſim obruentes, Calabriam & Apuliam, cum monte Gorgano, qui vulgo mons S. Angeli apellatur, ſeruituti ſubiecerunt.

Poſtea Anno 923. Cæſar Romanus Saracenos Conſtantinopoli armabat

mabat in Calabros & Apuliæ colonos, quòd rebelles & ſeditionum cupidiſſimi eſſent depræhenſi.

Anno Chriſti 930. Saraceni Genuam Liguriæ Metropolin expugnauerunt, & demoliti ſunt, miſerè vaſtantes regionem vniuerſam ad littora maris.

Anno 1000, inter Sultanos, quos Calipha in prouinciis ſuis præfecturis ornauerat, gliſcebat, & longè lateq; ſerpebat odium mutuum. Turquemanni igitur, quos nunc Turcas vocamus, animorum tantas diſſenſiones & lites irreconciliabiles cernentes, cogitabant, exoptatam ſibi offerri occaſionem, conſulendi ſuis commodis, quod eorum vires non ſolum imminutæ, verumetiam magna ex parte debilitatæ & fractæ eſſent. Quapropter cum non ignorarent, ſe Caliphæ eſſe mancipia, clam regem ſibi eligebant, & eum Sadockum, id eſt, iuſtum & pium vocarunt: Poſtea oppoſuerunt ſe Saracenis, tanta animorum magnitudine & virtute, vt eos admirabili celeritate toto Aſiæ & Syriæ regno, ad vnum omnes propulſarent, ac ſibi partes principes, belli iure, vendicarent. Calipham autem laceſſere nolebant, nec vllius offenſæ erga eum ſigna edebant. Sed primus Turcorum rex ab eo petebat, vt ſe Aſiæ Sultanum crearet, verum breui poſt tempore è viuorum contubernio ſublatus, diem obiit.

## *DEGRIZIVS REGVM TVRCICORVM SEcundus.* CAP. XVIII.

SADOCKO non amplius ſuperſtite, ſceptrum deferebatur Degritio filio. Hic Conſtantinopolitano Cæſari Meſopotamiam, ac vniuerſam Siciliam eripiebat, & eas poſtmodum Arthoco propinquo ſuo dono dabat. Vtranq; regionem Diogenes Cæſar haud ita pridem, Saracenis inter ſe diſſentientibus, recuperauerat.

## *ASPALEM VEL ASPASALEM TERTIVS Turcorum Rex.* CAP. XIX.

DEGRITIO magnificentiſſimè ſepulto, filius Aſpalem, ſucceſſor & legitimus hæres regni factus eſt. Hic nepotem exercitu inſtructiſſimo in Cappadociam, quæ tum adhuc Græcis paruit, ablegabat Anno 1018. hac conditione,

tione, vt quotquot regiones debellaret ac ſubigeret, eas etiam proprias poſſideret. Exercitum igitur ſuum celerrimè inſtruebat, & Aſiam minorẽ vniuerſam occupabat, excepta Cypro inſula, & ciuitatibus quibuſdam maritimis. Hic cum Godefrido Bullionæo, & Chriſtianis propè Nicæam ſigna contulit.

## *MELECLAS TVRCICORVM IMPERATOrum quartus.* CAP. XX.

MELECLAS filius Aſpaſalemi Imperij faſces ſtatim à patris obitu capeſſebat, & Arthorum ac Solymannum Suldanos Meſopotamiæ, ingenti apparatu bellico in agrum Antiochenum amandauit, eo occupato progrediebantur vlterius, & Græcorum ditiones in Aſia plæraſque ſubigentes, præſidiario milite eas firmabant & omni ex parte tranquillas ac pacatas reddebant.

## *BELCHIAROCVS QVINTVS TVRCICORVM Imperatorum.* CAP. XXI.

BELCHIAROCVS à funere patris regno ſucceſſit. Eo tempore Godefridus Bilioneus, & multi alij principum Chriſtianorum, expeditionem ſuſcipiebant in terram ſanctam. Vrbem Antiochenam cingebant obſidione, quam tum Turca quidam Aſſan nomine tenebat, eo autem eiecto & profligato, Chriſtiani vrbe potiti ſunt. Verum Aſſan alium quendam Turcam nomine Corbadan ſubornabat. Aliquando Chriſtianis eruptionem facientibus cum Turcis arma contulerunt, ſtatuentes Trophæum illuſtrem omnibus ferè Turcis qui in caſtris erant, trucidatis. Corbada igitur confuſus & cæſus, turpiſſimè fugam cœpit in Perſiam properans. In fuga de morte Belchiaroci, ac de funeſtiſſimo interitu fratris eius natu minimi, à Turcis, quod regnum ambiiſſet, in minutiſſimas particulas diſcerpti, certior factus eſt. Ab eo tempore Turcæ regis noui electionem ad multos annos diſtulerunt, & opinionibus variantes, votis diſcordes fuerunt, ſæuientes inteſtinis bellis, & ſanguinis mutua profuſione. Id cum Georgiani, Armenij & Chriſtiani indigenæ animaduerterent, audientes de Chriſtianorum occidentalium aduentu, & quod iam armis ac bellico apparatu Syriæ fines attigiſſent, correptis armis, & ipſi Turcas obruebant, animosè cæſis & iugulatis plæriſque, cæteros

omnes Perſia prorſus arcebant. Horum nonnulli poſtmodum ad Arthoum Solymannum profecti, reliqui fuga dilapſi ad Turcas, Aſiam minorem inhabitantes, ſe contulerunt hoſpitium petentes. Geſta ſunt hæc Anno 1106. Cæſare Balduino Godefridi fratre Hieroſolymis imperante.

## *QVAE BELLA INTER TVRCAS VEL SARAcenos, & reges Hieroſolymitanos geſta ſint, breuis & perſpicua delineatio.* CAP. XXII.

ANNO 1103. Turcæ capiebant Antiochiæ principem, Boemundum regis Roberti Guiſcardi filium, cognomento Curbeſpinam oriundum à Tancreto Normanno cuius ſuperius mentio facta eſt. Hic poſtea à Tancreto patruele è carcere liberabatur, cum annos tres continuos, in vinculis eſſet detentus.

Anno 1105. Turcæ bellum inferebant Godefridi fratri Balduino, regi Hieroſolymitano, qui vrbem Accaronem obſederat. At Turcæ ſuccubuerunt, multis millibus ad vnum occiſis. Vrbs Accaron à veteribus Accon & Ptolemais dicta, à rege Hieroſolymitano oppugnata, 20. demũ die vnà cum ciuitate Lica olim Laodicæa, capta eſt. Quadriennio poſt vrbs Baruth, à veteribus Berythus appellata in poteſtatẽ Cæſaris Conſtantinopolitani relicta eſt. Eo anno & Sydon Chriſtianorum imperio parere cœpit.

Anno Chriſti 1115. iterum Turcæ aduerſus reges Hieroſolymitanos tumultuari cœperunt. Eo tempore Cæſareũ ſceptrum Conſtantinopoli gerebat Balduinus ſecundus, qui cum prælio Turcæ ſuperiores facti eſſent, ſuccumbens in fugam actus eſt. Anno 1120. Balduinus ſecundus Gazin Damaſci Suldanum capiebat.

Anno 1122. Rex Hieroſolymitanus idem Balduinus à Suldano Hamenſi Balach, quem alij Alaph appellitant, aſtu circumuentus, capiebatur. Sonat autem vox Balach, & ſignificat vaſtatorem & prædatorem. Hic optimum principem Balduinum in ſqualido carcere captiuum per annum integrum detinuit.

Anno 1128. Balduinus rex Hieroſolymorum ſuperabat Doloquinum Damaſci Suldanum, cruento prælio.

Anno 1132. Fulco Andegauenſis, Balduini Cæſaris Conſtantinopolitani gener, Cæſar coronabatur, vicit poſtea Turcas propè Ibelim, vrbem, in ſacris literis Geth, vocatam.

Anno

Anno 1143. Balduinus huius nominis tertius regis Fulconis filius, titulum & dignitatem Cæſaris Conſtantinopolitani conſequebatur, ac non multò poſt Noradinum Baldecari filium Damaſci Suldanum, prope Hierichuntem, interfectis quinque millibus hominum, reliquis turpiſſimè terga dantibus proſtrauit.

Anno 1160. Almericus rex Hieroſolymitanus, Balduini frater de Turcis victoriam in Ægypto memorabilem & illuſtrem reportauit: Alexandriam cœpit & Alcairum longa obſidione preſſit.

Anno 1170. graui bello Saladinus Ægypti Suldanus terram ſanctam infeſtabat, cum Balduinus regum Hieroſolymitanorum quartus lepra infectus eſſet, & Fridericus Eccleſiam Romanam duriſſimè exerceret, ac totam italiam igni & ferro vaſtaret.

Anno 1174. Balduinus rex, huius nominis quartus, Suldanum Ægypti feliciter bis prælio vicit, trucidato ferè vniuerſo exercitu ad Tabariam, olim Tyberidem, deinde propè Aſcalonem.

Anno 1179. Balduinus iterum cum Saladino Ægypti Suldano, in Tyberiadis agro congreſſus, ſed victus ſuorum plurimos deſiderauit.

Anno 1184. Satanæ impulſu, inter reges Hieroſolymiticos, & reliquos principes ac duces, diſcordia pernitioſa, & deploranda animorum diſtractio eſt exorta. Sortis miſeræ Chriſtianorum & penitus attritæ, ac tandem in extremum diſcrimen adductæ, vnam & ſolam cauſam inteſtinas diſſenſiones fuiſſe, Sole meridiano eſt clarius. Nam ſancta terra turpiſſimè priuatis affectibus, poſthabita, in hoſtium manus redacta eſt.

Anno 1186. Suldanus Ægypti Saladinus, regi Hieroſolymitano funeſtum bellum intulit, & Guidonem regem cepit cum Dominis aliquot Templariorum ordinis, qui tulerant auxilia Tyberiadi, fortiſſimè militantes, contra Suldanum vrbem graui obſidione cingentem. Vrbem Tyberiadem deditione cepit, in qua rex Hieroſolymitanus captus pro ſe, & ſuorum redemptione Licam & Aſcalonem vrbes alienauit. Ipſa etiam Hieroſolyma cum Ptolemaide in hoſtium ius & manus, paulo poſt peruenerunt, quarto videlicet Idus Nouembris, cum eam poſſediſſent Chriſtiani annos octoginta octo continuos.

Anno 1187. Domini Templarij & eorum confœderati ingentes cogebant copias, opponentes eas Suldano, tamen minùs propitio infeliciter pugnatum eſt, cæſis & in fugam actis plæriſque. Marte Rogerij Molinæi enim frater, ſupremus Dominorum Hoſpitaliorum Magiſter ipſemet enſe cecidit. Hæc acciderunt, anno citato, die Maij primo.

Anno 1189. Fridericus Barbaroſſa Cæſar, Philippus Franciæ & Richardus Angliæ reges, profectionem in terram ſanctā inſtituebant, ſpe indubia, auxiliante Deo, tanto armorum & inſtrumentorum bellicorum apparatu ſe terram ſanctam recuperaturos. Cæſar Fridericus firmiſſimo equitatu & peditatu numeroſiſſimo progreſſus Armeniam & Ciliciam facilè occupabat, verum die quodam cum Solis ardor eſſet immodicus & intolerabilis, in flumine eius regionis Carino refrigerium lauando quęrens, de improuiſo aquarum mole in verticem raptus, & in vndis cōcidens ſuffocabatur. Accidit luctuoſiſſimus hic caſus 12. Iunij.

Anno 1204. Chriſtiani viciſſim nouas copias conſcribebant terram ſanctam petituri. Inter eos principem tenebant locum Balduinus Flander & frater eius comes de S. Paulo, Ludouicus Sabaudiæ & Bonifacius Montisferrati, comites. Hi Venetiis inito arcto fœdere, à Venetis commodato acceperunt naues rebus pręclarè gerendis aptas, hac tamen conditione, vt primò Iadoram Dalmatiæ vrbem recuperarent, deinde vniuerſas regiones Venetorum imperium detrectantes domarent, & eas Venetis de nouo obligatas ad priſtinā obedientiā cogerent.

Anno 1210. Ioannes de Bregna natione Gallus, vir armis potens, vxorem ducebat Conradi ducis Montisferratenſis filiam qui eodem tempore in vrbe Tyro rex Hieroſolymitanus creabatur.

Anno 1216. Honorius Papa tertius Ioannem Columnam Cardinalem cum ingenti exercitu in Aſiam mittebat, vt pacis firmas leges poneret. Huic ſe coniunxit Comes Niuernius: Dominus Gualtherus Sancerius, & ordinis ſancti Michaelis magnus Magiſter cum aliis cōpluribus. Acconæ appellentes, poſtea in Ægyptum, vt vrbem Damiatam olim Heliopolim dictam oppugnarent, deſcenderunt. Hæc ſexennio elapſo Cordirio Ægypti Suldano, certis conditionibus eſt reſtituta, ipſis in vrbes Acconem & Tyrum recedentibus. Eodem tempore Ioannes Bremenſis rex Hieroſolymitanus, vnà cum fratre ſuo Magiſtro vel Xenodochiorum præſide auguſto, in Italiam venit, & filiam ſuam Iolantem vxorem dedit Friderico Cæſari ſecundo filio Henrici Cæſaris ſexti, nepoti Barbaroſſæ, & illum etiam regis Hieroſolymitani titulo ornauit, quem moderni reges Siciliæ retinent & vſurpant.

Anno 1229. Cæſar Fridericus in Italia anchoram ſoluens, firmo exercitu Syriam obruere conſtituerat, reuocatus tamen Papæ factionibus à propoſito deſtitit.

Anno 1230. Cordirius Ægypti Suldanus, Hieroſolymam obſidens capiebat & muros ſolo æquabat. Hæc acciderunt Cæſare Friderico

rico igni ferroq; Papam proſequente. Ardebat tum Guelforum & Gibelinorum furia, Cæſar in ſuas partes Saracenos pertrahebat, quibus poſtmodum vrbem Nuceriam inhabitandam conceſſit, à quibus ea nomen habet. Sed à Gallis non multò poſt eiecti & vrbe pulſi ſunt.

Anno 1237. Theobaldus Nauarræ rex, Emericus Montfortenſis, Heinricus Campaniæ, comites, & alij complures, heroes armis potentes, inſtructa acie & vexillis paſſis Hungariam penetrabant, Conſtantinopoli paululum ſubſiſtentes. Inde mouebant in Syriam, multa caſtella ac ciuitates ampliſſimas occupantes, quas Saraceni aliquandiu poſſederant, non multo poſt autem Cordirius Ægypti Suldanus, fortiſſimè ſe ipſis oppoſuit, & conſertis armis ſuperior euaſit, in fugam Chriſtianos agens, & crudeliſſimè eos trucidans, vt maior pars eorum deſideraretur.

Anno 1244. Chriſtiani iterum à Suldano grauiter cæſi, propè Faramiam Ægypti vrbem. In eo prælio Guilhelmus de Caſtello nouo Dominorum Hoſpitalariorum & Hermannus Petrafortenſis D. Templariorum magni Magiſtri vel præſides, ac Tyri Epiſcopus, vterq; Boteronis quem alij Botrũ vocant, filius, occubuerũt, cum trecentis equitibus auratis, & aliis plurimis fortiſſimis ac bellicoſiſſimis heroibus.

Anno 1249. Ludouicus cognomine Sanctus, profectionem & expeditionem adornabat in terram ſanctam, verum à Suldano Melechſalem victus, & ad vrbem Damiatam captus eſt. Priſtinæ tamen libertati reſtitutus Sidonem & Ioppen olim Iaffar dictam, à Suldanis multis annis poſſeſſam, expugnauit.

## *DE BELLIS INTER TVRCAS ET TARtaros, ac de rebus aliis, præclarè geſtis.*
## CAP. XXIII.

PRINCIPIO ſciendum regionem Tartariam, modò Catay, olim Scythiam dictam, verſus ortum Solis eſſe ſitam. In ea incolæ olim pro arbitrio, affectibus & libidine, æuum vt cuique viſum traduxiſſe conſtat.

Anno 1221. celebris erat heros quidam bellicoſus, in Tartaria, quem hiſtorici Cangy nominant. Huius mater vidua ſpurium eum pepererat, cum tamen è thoro legitimo plures haberet filios, quorum odio grauiter, quod nothus cenſeretur, laborabat, nam fœdere inito fratres in necem eius iurauerant, aſtu & dolis vitæ eius inſidiantes.

Quod cum mater intelligeret, ſumma animi cura & ſollicitudine ſtuduit vt odium hoc maturè ſopiretur: Idcirco finxit & religiosè aſſeruit Cangium ſe è radiis ſolaribus, abſque cohabitatione aut cum viro conſuetudine, concepiſſe. Et cum in ſententia & aſſertione animosè perſiſteret, ac ſine rubore mordicus eam propugnaret, apud filios fidem ſuis verbis conciliauit, & è maximis calamitatibus, morteq́; præſenti, ſe ſuumq́; ſpurium eripuit. Poſtquam autem is adoleuiſſet, rudi & barbaro populo, legibus, norma ac regulis rectè viuendi, carenti, facilè perſuaſit, vt firmiſſimè crederent, ſe diuinitus eſſe miſſum, vt eos regeret & victores faceret regionum quarum Dominis antea fuiſſent vectigales. Cum igitur prudenter & circumſpectè ſingula gereret, breuiſſimo temporis ſpacio ferè plæraſque finitimarum regionum ſuæ poteſtati ſubiecit, & auguſtum Chami nomen ſortitus eſt. Regno feliciter præfuit annos duodecim, in oppugnatione verò arcis cuiuſdã, fortiter dimicans ſagitta in poplitis iunctura percuſſus, & grauiſſimis doloribus oppreſſus, tandem obiit. Hic primus fuit, qui Tartaris perſuaſit, vt crederent vnũ eſſe Deum, totius machinæ mundi conditorẽ.

## *DE HOCCATA TARTARORVM SECVNDO rege.* CAP. XXIIII.

DEFVNCTO Cangy Chamo Hoccata filius regni clauũ tenuit, vt autem multarum nationum exterarum potentiam tentaret & experiretur, equitum decem millia inſtructiſſimorum in Cappadociam mittebat, vt totum illius regionis pactum, cuius incolæ Turcæ tum erant, depopularentur. Verum cum Tartaris ex animi ſententia non ſuccederet, tandem aſtu ab hoſtibus circumuenti & funditus ferè deleti ſunt. Quo audito rex Tartarorum vehementiſſimè excandeſcens in iſta ſtatim furia triginta millia ſubditorum conſcripſit & eos accepti prioris damni, ſuæq́; virtutis memores, grauiſſima exhortatione addita, eſſe iuſſit. At Guiatadin Turcorum tum temporis princeps, exercitum ſuum Hoccatæ militibus oppoſuit. Ipſe autem Hoccata paulo poſt in lethalem morbum incidens, vitam cum morte commutauit.

DE

## *DE MANGO CHAM TERTIO TARTARO-rum rege.* CAP. XXV.

HOCCATA è conſortio viuorum abrepto, ſuccedebat Gin filius, qui tamen non diu regnauit, maturè vitam finiens. Ideo Mango Cham in locum eius communi calculo electus, ſubſtituebatur. Nam anteceſſori ſanguinis vinculo erat coniunctus. Hic fuit Mango ille ad quem Papa Innocentius quartus, quendam Aſcelinum, Monachum ordinis Prædicatorum, Anno 1200. ablegauit.

Anno 1250. vel circiter, cum nempe rex Ludouicus cognomento Sanctus, profectionem adornaret in terram ſanctam, prudenter ſanè Haytonus Armeniæ rex, ſagaci mente princeps, Chriſti aſſecla, & religionis veræ confeſſor piiſſimus, ſibi proponebat, (viderat enim Tartaros complura regna ſibi ſubieciſſe, & iam iam fines ſuos longè lateque ad Aſiam minorem vſque extendiſſe) & ſuaſu optimatum ſtatuebat, cum Mango Cham Tartarorum rege fœdera pangere vt viribus coniunctis, Caliphant Baldacenſem & Suldanos, Damaſci, Alepi, & Hamæ, aliosq; hoſtium complures, eò facilius poſſet reprimere. Poſtpoſita igitur omni mora Tartarum Chamum ſolenni legatione de fœderibus ſanciendis interpellabat, ac ſequenti anno ipſemet ad Chamum profectus, ac cum Mango Cham Chriſtianam religionem amplexus, & ab Epiſcopo Armeniæ baptiſmatis Sacramento initiatus eſt.

Poſtea Mango Cham, cum exercitu inſtructiſſimo, fratrem ſuum Halaonum, ad regem Armeniæ ablegabat, vt viribus coniunctis Turcas opprimerent. Exercitibus igitur conglomeratis, flumen Tigridem traiecerunt, & regnum Perſiæ, rege vacante obruentes, ſemeſtris ſpacio obtinuerunt.

Montis Libani radicibus, ortum verſus, adiacet regio, cuius princeps Alodin, vel Aladin, latinè diuinus appellatur. Quanquam hiſtoriæ & Chorographicæ deſcriptiones terræ ſanctæ, eum vocant Dominum & gubernatorem ſex montium. Regiuncula autem iſta eſt planities ſatis ſpacioſa, multis altiſſimis montibus cincta, quos ſuperare haud exigui eſt laboris. Nam aditus, vna tantum in ora, patet, vbi Aladinus propugnaculum inſuperabile & regium, Tigadum nomine extruxit. Ponè id, amœniſſima occurrit conuallis admirandæ fertilitatis, & aſpectu iucundiſſima. Horti vbique circumiacent magnificentiſſimi, leni ſuſurro limpidiſſimorum præterlabentium riuulorum, amabiliſſi-

biliſſimi: viridaria ſuauiſſimè fragrantia, ſyluis opacis pulchrè cincta. Quales Semiramidis reginæ Babylonis horti, columnis altiſſimis ſuffulti, muris affabrè politis, fuiſſe feruntur. Naſcebantur ibi proceræ arbores, odoriferi flores, & herbæ ſuaui fragrantia dulciſſimum odorem de ſe longè lateq; ſpargentes. Erat etiam ibi Palatium regium & Gynæceum, ſplendidiſſimis ædificiis, argenteis & aureis tabulatis fulgentibus, arte diſtinctum ac perpolitum, in quibus habitabant virgines pulcherrimæ, ſpecioſiſſimæ & delicatiſſimæ, è mundi plagis penè omnibus maximis impenſis ſtudioſiſſimè conquiſitæ.

Anno 1255. Haolonus coagmentatis cum rege Armeniæ copiis, aggrediebatur viriliter Calypham Baldacenſem, in metropoli Baldaco ipſum caſtris cingentes. Poſt obſidionem haud longam vrbe potiti, vniuerſas opes, & regios theſauros rapuerunt. Haolonus autem cum admiratione tantas Gazas videns, Calyphā interrogabat, quamobrem præſenti ære, non conſcripſiſſet extraneum militem, vt ſe ſuosque ab incurſu hoſtium defendere, & vim exterorum propulſare potuiſſet, præſertim cum parata pecunia cordatiſſimis & fortiſſimis viris ſtipendia numerare & abundè ſatisfacere, fuiſſet facilimum.

Calypham reſpondiſſe ferunt, ſe perſuaſum habuiſſe, militis domeſtici defenſione, & virtute in propugnaculis ſuis diutiſſimè ſe tutiſſimum, nec exterorum auxilio opus fore, ſed ſe iudicaſſe, ſupervacuis ſumptibus, & tantis expenſis parcendum. Audito hoc reſponſo, Haolonus mandauit, argentum, aurum, regia pocula, & vniuerſam theſauri ſubſtantiam, in turrim, ſtagnante aqua circumdatam, quo nemini pedibus peruenire licebat, comportari, & Calipham in ea turre concludi & in medio theſauri ſui collocari, addita ſeueriſſima comminatione, ne quis vel panis buccellam, guttámve aquæ porrigeret. Ita factum eſt, vt ſordidiſſimus & auariſſimus Calipha, amore diuitiarum ſuis ſubditis patrocinium & defenſionem neceſſariam ac iuſtam denegans, miſerè in mediis opibus peſſum iret, & inedia contabeſceret. Hic fuit Caliphæ interitus, quem ſubſecuta eſt totius regni amiſſio lamentabilis, quod illibatum & infractum annos ſexcentos durauerat, & à Caliphis Baldacenſibus ab exterorum incurſibus defenſum atque tutatum permanſit.

Anno 1260. Haydtonus Armeniæ rex, & Haolonus acie inſtructa iterum conuolabant, profectionem ſuſcepturi in terram ſanctam, vt recuperarent Hieroſolymam. Verum cum Haolonus iam vrbi immineret, de fratris ſui Mango Cham morte inopinata, literis certior redditus,

redditus, celeri pede iter reuocauit. At alter fratrum Guibogam, mandatis acceptis diligentiſſimè ſatisfaciens, Syriæ maiorem partem, fideli opera, vigiliis, labore indefeſſo & prudenti conſilio Armeniæ regis ſubigebat. In animum etiam ſibi induxerat, ſe Turcas radicitus euerſurum, & ad vnum omnes trucidaturum, verum vectigales tantum eos facere potuit, occaſione ad maiora facinora ſublata.

Accidit vt tum Chriſtiani circa Sidonem, & Belforti arcis regionẽ concurrerent, & pagos quoſdam à Turcis inhabitatos ſpoliarent (qui tamen Guibogæ dictis erant audientes, & in omnem belli euentum paratiſſimi) totum tractum iſtum miſere diripientes, & vniuerſam regionem euertentes, pecora gregatim abigerent, & obuia quæuis raperent. Ii igitur qui fuga ſalutem quæſiuerant, recta ad Guibogam pergentes, de iniuriis ſibi præter ius, æquum, & fœdera, illatis grauiter conquerebantur.

Quanquam autẽ Guibogam è veſtigio, nepotem ſuum, legatum, ad Chriſtianos amandabat, ſpolia & abacta pecora placidiſſimè repoſcens, imprudentes tamen & excæcati Chriſtiani, animis præfractis & obſtinatis reluctabantur, ablata & rapta non reſtituebant, ſed etiã contra ius gentium Guibogæ nepotem chariſſimum, & legatum (qui ſancti ſemper ſunt habẽdi) innocentem interficiebant. Facinus hoc deteſtandum Guibogæ mentem perturbatam in rabiem planè conuertebat, vt tuba ſuis conuocatis, vi armorum Sidonem & arcem Belfortum ſecuram, ac nihil horum metuentem impeteret, ac exercitu inſtructiſſimo circumdatam, oppugnaret, excinderet, ac muros circũ circa ſolo æquaret. Præterea inita fœdera diſſuens, Chriſtianis omnem denegabat, & abiurabat reconciliationis ſpem. Gliſcente tam atroci diſſidio, inter Chriſtianos & Guibogã, illi opem Æpyptiaci Suldani Cathos, cognomine Melechmes, implorabant, qui ſe facilem & paratiſſimũ fingens, tacitè interim cogitabat, iam exoptatam ſibi dari occaſionem, vt rerum ſuarum ſatagens, priuata commoda nõ negligeret. Mouebat igitur celeriter in Syriam, & hoſtiliter adoriebatur Guibogam, animi infracti Heroem. Signis collatis, Guibogam plæriſque etiam ſuorum deſideratis, in prælio occubuit. In tanto ſtrepitu, & rerum omnium confuſione, Suldanus Melechmes Chriſtianis trepidantibus, vniuerſam ferè Syriam ſubigebat, exceptis tantum maritimis Chriſtianorum ciuitatibus, loci natura munitiſſimis.

Anno 1274. Damaſcus ciuitas, à Capitaneo prorege homine Saraceno, prodebatur. Verum cum Haolonus tum in Perſia degens, de

clade & interitu ſui fratris certior eſſet factus, eo ipſo momẽto mittebat legatos, ad Armeniæ & Georgiæ, orientis reges, Chriſtianã religionẽ profitentes impensè orans auxilia, & ſibi contra Saracenos Ægyptiq; Suldanum ſubueniri poſtulans. Neceſſariis autem rebus omnibus ad iter cõparatis, cum iam Syriam acie inſtructiſſima peteret, in lethalem morbum incidens, è contubernio viuentium ſublatus eſt, poſtquam dies quindecim cum grauiſſimo morbo, & morte amara conflictatus eſſet. Receptui igitur cantatum eſt, & honeſtiſſimis eius conatibus euerſis, tota in ſanctam terram profectio in nihilum recidit.

Haolono præter ſpem defuncto, ſuccedebat Abga filius, regni paterni hæres legitimus, ſed mox Chriſtianæ religionis profeſſionem, cuius pater ſtudioſiſſimus, & obſeruantiſſimus fuerat, repudians, ſuperſtitionibus Mahometicis, cæco errore, ſe totum mancipauit. Bello etiam laceſſebat fideliſſimos ſuos vicinos, quod mirum in modum Suldani Ægyptiaci potentiam auxit, & ei robur haud mediocre addidit.

Bendecar enim Suldanus Ægypti, eripiebat Chriſtianis vrbem Antiochiam, cum aliis plurimis ciuitatibus & propugnaculis munitiſſimis. Deinde pacem faciens cum rege Tartarico, regi Armeniæ, prouincias Cumaniam & Cappadociam, in finibus Armeniæ ſitas, inuaſit. Non enim ignorabat, Armenum cum ſuis proceribus, ad Cobilam Chamum in vrbem Almalechum profectum fuiſſe, & quod de abſentibus nulla hoſtilis incurſio aut defenſio eſſet metuenda. Verum eius filij interim, de aduentu Suldani præmoniti, properè cogebant copias, per vniuerſam Armeniam, quantas potuerunt maximas, peditum videlicet quadraginta, equitum vero duodecim millia ac intrepidè concurrentes, in plano campo arma viriliter conſerebant, infeliciter tamen pugnantibus Chriſtianis ſuccubuerunt inferiores facti, vt alter filiorum in prælio caderet, alter captiuus in Ægyptum duceretur. Quanquam autem Armeniæ rex planè apud animum conſtituerat, ſe tãdem volente Deo, Turcas euerſurum & funditus deleturum, tantis tamen calamitatibus, morte videlicet & captiuitate filiorum impeditus, ab inſtituto deſiſtere, & tranquillitati ac defenſioni regni ſui vacare, poſtulante neceſſitate, cogebatur. Præſertim cum de ſubſidiis à filio Haolonis accipiendis, quibus Turcis reſiſteret, planè incertus & de nouis auxiliis perinde dubius eſſet. Tanto igitur metu oppreſſus, & periculi magnitudine circumuallatus, cum nulla ſpes ſubſidij alieni vſpiam appareret, pacis conditiones, denique non detrectandas iudicauit. Suldano igitur pro liberatione filij Aleſium vrbem reddidit, & Sangolaſſorem, virum potentem

tentem & militari virtute clarum, à Tartaris captum dimiſit. His ita tranſactis, Haydtonus regno Armeniæ ſe abdicans adminiſtrationem filio Tyuono commendauit, qui nuper è carcere Suldani liber, in lucem prodierat. Ipſe verò cœnobij cuiuſdam clauſtra introgreſſus nomen cum vitæ genere mutans Macarij appellatione beatior videri volebat. Obiter hic notandum opinor, Armenios peculiarem in regione ſua obſeruare & colere ordinem, quem qui ſuſcipit, is & nomen, canone id poſtulante, mutare tenetur. Commutauit autem Haytonus nõ multo poſt, cum ſtatu commutato, charam vitam cum morte, poſtquã regno præfuiſſet 45. annos. Pacis tamen conditiones cum Abgano, & vicinis, Anno 1273. ac fœdera, antequam expiraret prudentiſſimè renouauit.

Poſtquam Haytonus Armeniæ rex magnificè humatus eſſet, Suldanus autẽ Ægypti properè interim Antiochiam & Ciliciam ſibi ſubiecisset, Tyuonus aciem ſuam inſtruens in Anatoliam mouebat, hoc fine & conſilio, vt arma prorſus, niſi omnem iſtam regionẽ, in qua multi reguli Abgano ſubiecti reſidebant, domaſſet, non eſſet depoſiturus. Abganum omnes quidem Imperatorem agnoſcebant & ſalutabant, excepto vno Paruana iugum regium excutiente, ac cum Suldano conſpirante. Cognito eo, Abganus expeditionem inſtituebat, armorum & victualium apparatu inſtructiſſimam, ſed Meleches Suldanus fugiens, & rerum ſuarum incertus, Anatolia relicta, ſumma feſtinatione terga dans, Ægyptum repetebat. Abganus hoſtem inſequens, maiorem fugientis exercitus partem, cum aliquot millibus Saracenorũ proſtrauit. Perrexiſſet fortè ad Ægypti fines, niſi aulicorum nonnulli diuerſum ſuaſiſſent, propter incredibilem æſtum, ac Solis ardorem intolerabilem, qui quotannis plærunque in Ægypto exiſtit, cui ferendo Tartarici equi non ſunt pares. Rediens autem Abganus in Anatoliam, proditorẽ Paruanam, & eiuſdem farinæ criminiſq; reos ſocios, in vincula coniecit, & pro more Tartarico ac conſuetudine inueterata, in quatuor partes diſcerpendum condemnauit. Latæ ſententiæ executio hac ratione & modo fiebat.

Arbores quatuor certis quibusdam inſtrumentis incuruabantur, quarum ſummitatibus ſontis pedes & brachia aptabantur, vt poſtea iiſdem iterum eliſis atque in altum velociſſimè ſurgentibus, in momento rei membra miſerabiliter in pares partes & portiones æquales diſtraherentur.

Abganus poſtea adminiſtrationem Anatoliæ quibuſdam regulo-

rum ſuorum commendabat, quorum primarius habebatur Othomannus, à quo moderni Turcæ ſunt oriundi. Hæc acta ſunt Anno 1282.

Denique Abganus à Saraceno quodam ignobili & perfido clanculum veneno peremptus eſſe perhibetur.

## DE REGE TONGODOR. CAP. XXVI.

ABGANO veneni ſæuitia extincto, frater Tongodor Tartarorum rex creabatur, qui adhuc in cunis iacens, ſacris initiatus & in Baptiſmatis actione Nicolai nomen ſortitus eſt. Verùm cum Saracenorum conſuetudine nimium gauderet, eorum religioni patrocinium præbens, abiecto ſano dogmate, Mahometicæ doctrinæ aſſecla euaſit, & mutato priſtino nomine, Mahometes appellari voluit. Auguſtiſſima Chriſtianorum conſpicua templa, paſſim per vniuerſum regnum, tyrannico furore demoliens, legatos ad Suldanum Ægypti ſine mora ablegauit, & fœdera pacis noua in perniciem Chriſtianorum pepigit.

Frater vero ipſius, & Argonus nepos clandeſtinas iſtiuſmodi molitiones intelligentes, rem omnem ad Cobilam Chamum, totius Tartariæ caput & principem, deferendam iudicarunt. Qui de ſtatu rerum periculoſo certior redditus, per Legatos Tongodorem exhortabatur, vt ſobriè & maturè ab iſtiuſmodi tyrãnide deſiſteret, ni velit iam iam præſentes atrociſſimas pœnas, & mulctam capitalem experiri.

Mehemetem comminatio hæc tantopere commouit, vt in ipſis veſtigiis fratrem pugione confoderet, haud dubiè nepotem Argonum, ni per ſalebroſas vias, & finitima montium iuga euaſiſſet, morti deſtinaturus.

Mehemet tandem, fida amicorum Argoni opera, captus & medius diſcerptus eſt, cum vix tres annos tyrannus ſæuiiſſet.

Acciderunt autem hæc Anno 1283.

DE

## *DE PIO REGE ARGONO PRINCIPE optimo.* CAP. XXVII.

TYRANNO Mehemete turpiſſimè deleto, Argonus nepos Tartarorum rex coronabatur, titulum Chami repudians, donec Cobilæ voluntatem cognoſceret, quod facilè obtinuit. Erat autem Argonus vir liberali facie, & perſona heroica, cultor & plantator Chriſtianæ religionis. Templa à Mahomete diruta, nullis expenſis parcens, è fundamentis liberaliſſimè reſtaurauit. Ob tantam igitur pietatis veriſſimam famam, reges Armeniæ, Georgiæ & multi alij orientis principes eum adierunt, quibus pollicitus fuit manu ſtipulata, terræ ſanctæ recuperationis ſe ſtudioſiſſimum futurum. Expeditione veruntamen vix inſtituta, in lethalem Argonus incidit morbum, ac quarto ſtatim anno ſucceſſori, ſceptrum reliquit.

## *DE IMPIO ET DISSOLVTO REGE RAGAIT.* CAP. XXVIII.

MORTVO pio & nunquam ſatis laudato Heroe Argono Tartarorum rege, frater eius Ragait diademate regio fuit ornatus. Proceræ erat ſtaturæ, & voluptatibus planè obſequens. Regiam igitur dignitatem biennium vix tueri potuit. In adminiſtratione enim regni tantæ erat ignauiæ, vt in aula ipſius ius & iuſtitia euaneſcerent, & plæriſque in locis totius regni honeſtas langueſceret. Inuiſus igitur, & penè omnibus ſubditis exoſus, exteris fabula factus, tandem à regni proceribus, dignitate regia ſpoliatus, miſerè interemptus eſt.

## *DE REGE BAYDONO.* CAP. XXIX.

HAc beſtia interempta, quidam eius propinquorum Baydo nomine, Tartarorum rex declarabatur Anno 1290. qui diuini cultus & Chriſtianæ religionis erat obſeruantiſſimus. Templa reſtaurabat, quæ anteceſſor ſuperbè deſtruxerat, & edicto cauebat, ne quis tentaret vel auderet Tartaricis populis Mahometicum dogma publicè proponere, aut prædicando priuatim inſtillare. Edicto hoc publicato Tartari valdè commoti ſunt. Maior enim

eorum pars Mahometicis dogmatibus fidem habebat & aſtipulabatur. Clam igitur conſpiratione facta, mittebant ad Caſſanum Argoni ſupra citati filium, promittentes ei regni inueſtituram ac propriam poſſeſſionem, ſi ſpreta Chriſtianorum religione, ad Mahometicam doctrinam vellet deflectere.

Cum igitur Caſſano religio parum curæ alias eſſet, poſtulatis annuebat, & exercitum producens, neglecto ſanguinis vinculo, Baydoni conſanguineo ſe hoſtiliter opponebat. Denique cum collatis ſignis acerrimè vtraque ex parte dimicaretur, ij quibus Mahometica doctrina cordi erat, perfidè ſuam ſtationem deſerentes, in caſtra Caſſani ſceleratè profugiebant. Circumuentus igitur optimus princeps Baydo & fideli ſuorum ſubſidio deſtitutus, in fugam actus à proſequentibus tandem correptus, crudeliſſimè trucidatus eſt.

## *DE REGE CASSANO ET EIVSDEM REBVS præclarè geſtis.* CAP. XXX.

CVM Baydo perfidè circumuentus, fatis conceſſiſſet, regiam apud Tartaros dignitatem Caſſanus adeptus, promiſſis, in regni ſui exordio, palàm reclamare non audebat. Nam ſub initium gubernationis ſuæ, aliquantulum incertæ, à molitionibus & facinoribus ſuſpectis ſibi metuebat. Verum cum de poſſeſſionis certitudine, nihil amplius haberet dubij, capitali ſupplicio clanculum afficiebat ſuaſores & impulſores temerè abnegatæ fidei Chriſtianæ, & Saracenicæ turpiter ſuſceptæ. Poſtea copias colligens, pedeſtres & equeſtres, facto agmine, Saracenos & Ægypti Suldanum adoriebatur. Læto hoc nuncio Chriſtianis regibus allato, Armenus & Georgianus reges, cum finitimis religioni orthodoxæ fauentibus Orientis principibus, nulla mora interpoſita Baldaci ipſum conuenientes inſtructo exercitu animorum ſuorum cõiunctionem teſtabantur, ac iunctis viribus Syriæ metropolim Hamam petebant. Sed Ægypti Suldanus Melechnazer, exercitum ſuum animosè opponens, caſtra ſua prouidè metatus eſt in campo ſpacioſiſſimo. Perſuaſerat enim ſibi, loci cõmoditate fretus, ſe Caſſanum facilè fugaturum. Ideo eius exercitum præſenti periculo adhuc imparatũ feſtinanter obruebat, ſperans iſtiuſmodi ſtratagemate ordines facilè poſſe confundi ac turbari.

Verum Chriſtiani & Tartari, ſuæ virtutis memores, viriliter animo infracto prælianteſ, in anguſtias Suldanum redegerunt tantas, vt fuga ſibi

ſibi ſalutem quæreret, præcipuis ſuorum deſideratis. Hæc anno gratiæ, 1300. circa natalem Domini acciderunt. Extant rerum geſtarum deſcriptiones luculentæ, à quodam Armeniæ regis intimo conſiliario poſteris relictæ.

Victoria tam illuſtri reportata, obſidionem vrbis Caſſanæ ſuſcipiebat, in qua omnes regij theſauri Suldani erant repoſiti. Iis repertis Caſſanus obſtupuit, & Suldani dementiam admiratus eſt, quod inconſideratè gazas ſuas in vnum locum comportari curaſſet, & Martis fortunæ ancipiti eas committere auſus fuiſſet. In meliores autē vſus præſentem pecuniam cōuerſurus, Caſſanus militibus liberaliſſimè ſtipendia numerans, cuiuis pro dignitate & ſtatu erogabat, nihil ſibi reſeruās excepto Acinace & marſupio vno, in quo continebantur totius Ægypti, omnium idiomatum characteres artificioſiſſimè elaborati.

Ciuibus autem Damaſcenis audientibus Suldanum eſſe ſuperatū, imperata non ſubterfugientes deditionem promptiſſimè faciebāt. Nihil tamen in ciuitate præter vberem alimoniorum copiam inueniebāt, diuitias & ſpolia nulla. Idcirco Caſſanus exercitui ſuo 45. dies ſtatiua cōtinuare permittebat, exceptis 40000. equitibus cataphractis, quorum ductor erat Molay quidam Suldanum fugientem perſequentibus.

Admiratione dignum eſt, quod in tantillo corpore, & Caſſani perſona neglecta, ſi quis formam & membra totumq; corporis habitum ſpectare voluiſſet, tot virtutes Heroicæ locum inuenire potuerint. Nā hiſtoriis teſtibus non etiam facilè inter 20000. gregarios milites deformior & vilior aut abiectior perſona, hoc ipſo Caſſano, animi tamē magnitudine, & iudicij acrimonia præſtante, inueniri potuiſſet. Verum cum res arduas & maximas moliretur, ac in Syriam expeditionē ſuſcepturus eſſet, opinione citius vitam finiit, maximo Chriſticolarum omnium diſpendio.

## *DE REGE CARBAGANDA, SVCCESSORE Caſſani.* CAP. XXXI.

POST funera Caſſani, frater ipſius regni Tartarici hæres factus, Chriſtianam religionē, matre viuente retinebat. Ea verò defuncta deficiebat, & ſyncera confeſſione abiurata, Mahometicū dogma amplectebatur, cuius ſtudioſiſſimi defenſores omnes ipſius poſteri fuerunt, idem dogma in hoc vſque momentum mordicus retinentes.

## *DE PERSARVM REGIBVS, ET QVAMOBREM Sophi appellentur.* CAP. XXXII.

NOSTRO ſeculo Perſarum reges appellantur Sophi, propterea quod Sophus in vxorem duxerat Vſumcaſſani filiam, è qua ſuſtulit Iſmaelem Sophum, qui regno præfuit temporibus Tamerlanis, patris. Inde reges Perſarum ad noſtra tempora vſque, hoc attributum ſibi retinuerunt, nec eſt in viuis ſub Sole, ſeculo hoc, vllus princeps, qui Turcas compeſcere & tantopere terrere poſſit vti Perſa. In confeſſione fidei enim, cæremoniis, aut ritibus Eccleſiaſticis inter ipſos eſt ſumma diſcrepantia & diſſimilitudo.

## *DE MAMELVCHIS, QVANDO, ET QVOMOdo electionem Suldanorum AEgyptiacorum ſibi rapuerint. Item de eorum origine, & Saracone Mamelucho Suldanorum primo.* CAP. XXXIII.

ANNO 1160. quo Almericus rex Alcayrum obſidione premebat, metuens Suldanus cognomento Calypha Chriſtianorum potentię ſe fore imparem, opem Suldani Alepenſis implorabat, qui ſtatim aliquot millia ſubſidio miſit Sarracone, quem alij Saraſſonem vocant, Coraſmenicæ familiæ, duce. Hic cum aliquandiu in regia Suldani verſatus eſſet, ac pro ſalute ac vita eius fortiter militaſſet, & regnum à variis calamitatibus liberaſſet, ſecretiora interim conſilia omnia explorauit, ac depræhendit nuſpiam firma & fida auxilia apparere. Correptum igitur Suldanum in vincula trahebat, nec priſtinæ dignitati eum reſtituit, ſed in ſepulchri carcerem perennem concluſit. Stratagemate hoc, Sarracon totius Ægypti Dominus factus eſt, Saracenorum vel Arabum ditiones Ægypto copulans, Coraſmeniis eas tributarias reddidit. Sed Sarracon, etiam poſſeſſor momentaneus fuit. Obiit enim breui temporis interuallo Anno Chriſti 1166.

Regia corona deferebatur filio, vel vt alij ſtatuunt, nepoti Saladino, ſceptrum, complures annos gerenti. Huic ſucceſſit Cordirius princeps non in poſtremis habendus. Eo quoque mortuo regia ſubſellia occupabat quidam Saphadinus nomine, cuius fratres ordine & ſerie certa ſunt ſubſecuti, vſque ad annum ſalutis reparatæ 1241. Poſtea

Melech-

Melechſalem (dux pacificus) ornabatur Suldani titulo, & cum cognoniſſet Tartaros viliſſimo pretio vendere Chriſtianorum liberos furtim raptos, ſuorum ſatellitum quoſdam ablegabat, vt maſculorum plurimos ære redimerent. Eos gladiatoria, palæſtrica, ac militiæ belliq́ue artibus inſtituendos & liberaliſſime educandos curabat, quorum fida opera, pro ſui corporis cuſtodia & excubiis vteretur, & eos Mamelu-chos, hoc eſt, miniſtros vel apparitores appellabat. Quanquam dictio illa ſeruum propriè denotat. Et hic eſt iſte Suldanorum famoſiſſimus, qui Anno 1249. regem Franciæ Ludouicum titulo Sanctum dolo & aſtu cepit. Ludouico interim in vinculis duriter tractato, Mameluchi Suldanum Melechſalemum trucidantes, alij cuidam nomine Turquemanno dignitatem Sultanicam ſolenniter vltrò deferebant, qui certis conditionibus & maxima æris ſumma interueniente, Ludouicum è carcere, ad ſuos liberè redire permiſit.

## MAMELVCHORVM SVLDANI.
## Cap. XXXIIII.

SVLDANVS Ægypti, quem Mameluchi elegerunt, Turquemannus vocatus fuit, is ab intimo quodam ſuorum nomine Cathos, poſtea Melechmes dicto, confoſſus eſt.

E prælio quodam Melechmes rediens, à Bendecaro Mamelucho quoq; interficiebatur. Ipſe verò in locum eius ſurrogatus eſt.

Bendecarus Ægyptiacorum Suldanorũ quartus, cognomine Melechdaer Chriſtianis Antiochiã eripuit, & exercitu ingenti Armeniam inuadens, crudeliter obuia quæque vaſtabat.

Poſt Bendecarum, Melechſayr Suldanus Ægypti coronatus à Mamelucho Elſij, ſuæ farinæ & ordinis homine occidebatur. Perditum hoc caput Chriſtianos vrbe Tripoli priuans Syriam occupabat.

Principatus & rerum ſumma poteſtas deinceps ad Melechnazarem deuoluebatur, qui fraude & dolo, vrbem Berytum, Sydonem & alias ciuitates maritimas nobiliſſimas Chriſtianis eripuit. Melech Seraph, anteceſſore vſura lucis non amplius fruente, eligebatur, qui Anno 1299. Acconé, memorabili ſanguinis profuſione expugnans, & Chriſtianos tota Syria arcens, eam Ægypti regno coniungebat, vt iure legibus & conſuetudinibus paribus vterentur.

His artibus, vel potius lanienis Mameluchi inuaſerunt Ægypti regnum, & ad noſtra ferè tempora Sultanos ſuos ex Chriſtianis ſeu Chri-

ſtianorum liberis crearunt, ac inſtar equitum alicuius ordinis, res ſuas adminiſtrarunt ad annum vſq; 1518. quo denique à Selymo Turcarum Cæſare radicitus extirpati ſunt.

Liquido igitur ex ſupra memoratis hiſtoriis conſtat, primos Mahumetanos, Aſiæ principes, Arabes fuiſſe, qui Saraceni appellati ſunt. Hos ſecuti ſunt Turquemanni Parthi dicti, qui Saracenos expulerunt, poſtea Turcæ expulſi ſunt à Tartaris, verſus Orientem habitantibus, qui Scythæ vocantur & Turcarum nomen retinuerunt, quanquam de eorum ſtemmate & proſapia originem non trahunt, atq; ij ſunt qui in modernum vſque diem regionis poſſeſſores ſunt. E quibus omnibus cognoſcitur, & iuxta veram aliorum opinionem deciditur, Scythas hoc ſeculo Tartaros dici, & propterea Turcarum nomẽ ſortitos eſſe, quod Turquemannorum regnum poſſideant.

## *DE ARMENIIS, EORVM RITIBVS ET OPINIOnibus ſectariis.* CAP. XXXV.

ARMENII nomẽ & appellationem ſortiti ſunt à regione, quam inhabitant, quæ ſita eſt propè Antiochiam, interiacens Saracenorum & Chriſtianorum finibus. Peculiares quaſdam cæremonias antiquiſſimas maiori ex parte Catholicorum ritibus conformes retinuerunt. Antiſtiti ſuo Eccleſiarum præſuli, quem ipſi vocant Catholicum, reuerenter & humilimè ſummos honores deferunt, & conſiliis ac mandatis eius in omnibus rebus gerendis nemo non eſt obſequens.

Inter Græcos tamen & ipſos, irreconciliabiles & perennes de ritibus eccleſiaſticis diſcordiæ virent ac vigent. Natalem Domini & Saluatoris noſtri, non eo die quo nos, celebrant, ſed ieiuniis ſe macerant, & orant deuotè ab aurora ad ipſum noctis vſque crepuſculum. Feſtum autem trium regum reuerenter miris feſtiuitatibus ornant, & eadem die redemptoris noſtri Epiphaniam ſanctiſſimè colunt ac reuerenter habent. Baptiſmatis Chriſti feſtum quoq; obſeruant, ea enim die Chriſtum ſpiritualiter regeneratum eſſe perhibent. Quo figmento, errorum variis & denſiſſimis nebulis ſe implicant. Chriſtus enim non regeneratus eſt vnquam, nec regeneratione opus habuit, vtpote qui nullis peccatis obnoxius aut pollutus fuit, neque fraus aut dolus in ore eius inuentus eſt, ſed aquam, lauacrum regenerationis ac renouationis, nobis Chriſtianis, tanquam ſigillum vitæ æternæ & ſacroſanctum altaris

ſacramentum credentibus inſtituit, quorum efficacia à peccatis per fidem mundamur.

Ieiunij tempora religiosè cum Catholicis paria & communia habent, niſi quod ſtrictius atque rigidius non ſolum à carne, lacte, caſeo, ouis, verum etiam à piſcibus abſtinent, oleo cibos non emolliunt aut condiunt, vini vſum vitant, ſolo pane & bellariis cicerum, peponum, piſorum & id genus aliis viliſſimis cibis ſunt contenti. Vt autem apertè Græcis & Surianis aduerſentur, ſex præcipuis anni feſtis carne veſcuntur liberrimè.

Præterea nec hoc prætereundum videtur, Armeniorum infinitum numerum Hieroſolymis habitare, qui etiam epiſcopum religionis moderatorem habent ordinarium. Is pro veteri regionis ſolenni more, oblongam in fronte alit comam, diſtinctè ad tempora vſque propendentem. Geſtat ſicuti etiam omnes reliqui eius presbyteri, coronam amplam & rotundam, capite & barba aliâs intonſus. Ipſorum ſeniores & Antiſtites ſobriè, caſtè, pudicè, ac piè viuentes, neglecto habitu vtuntur, orantes deuotè & officium ſuum impigrè faciunt, ſacramentis debitam reuerentiam exhibentes.

Armenij Hieroſolymis habitantes, Baſilicam ſuam habent in illa vrbis regione, vbi Iacobus maior, ab Herodis tyranni ſatellitibus decollatus fuit. Poſſident etiam templum auguſtum, ad S. Saluatorem dictum. In ea peripheria, tempore paſſionis Chriſti cõſpicua erat domus Caiphæ, in qua ſalutis noſtræ anchora, redemptor Chriſtus ludibrio habitus, in faciẽ percuſſus, & à Petro diſcipulo ſuo abnegatus, innumeris contumeliis affectus eſt, quæ omnia vt ouis placida, pro noſtri redemptione patientiſſimè pertulit Ieſus Saluator.

In eodem Sacrario magnus & ponderoſus lapis, de ſepulchro ab Angelo deuolutus, cui, aduentantibus ſanctis & religioſis mulieribus, ipſe inſedit, oſtentatur.

Quidam locus etiam aduenis videndi cupidis, monſtratur, in quo gallus cantans ſtetiſſe creditur, cum Petrus ſuum Dominum abnegaſſet.

## *DE GEORGIANIS ET EORVM RELIGIOſis ſanctionibus, moribus atque ſtatutis.*

## CAP. XXXVI.

SOLIS ortum verſus habitat populus longo interuallo & loci intercapedine, à ſancta terra diſſitus, cuius territorium ad Caſpios vſque montes protenditur. Incolæ ſunt bellicoſi & militari virtute clari, homines conſpicui proceritate, & multis de cauſis in poſtremis nequaquam habendi. Æſtuantibus etenim bellis & ſignis volitantibus bellicoſiſſimi ſemper fuerunt, vt vicinis populis, Saracenis, Perſis, Medis, Aſſyriis, in propinquo habitantibus, haud abs re ſæpe fuerint formidini: & quamuis ex omni parte eorum ditio in fidelium confinia attingat, ab omnibus tamen metuuntur, nec audet vllus ipſis nocere.

Nomen autem & appellationem Georgianorũ ſortitos perhibent à Diuo Georgio equite quondam aurato & claro, quem in præliis inter dimicandum in ſummis periculis & rebus ferè deſperatis tanquam patronum fidiſſimum, exercitus totius defenſorem ac protectorẽ ſumma reuerentia inuocant, & ſubmiſsè honorant. Plurimi eorum extra mœnia Hieroſolymitana, in locis quibuſdam ſanctimoniæ nomine celebribus habitant, nempe in monte Caluariæ propè foueam aut ſpeluncã in qua Saluatoris noſtri crux ſtetiſſe putatur, cum pro noſtris peccatis interficeretur & victima reconciliationis noſtræ fieret. Ara etiam ibidem magnificè extructa conſpicitur, pone eam vigil, & cuſtos perpetuus habitat. Auguſtiſſimum etiam templum vniuerſo angelorum choro dedicatum & ſacrum extructum eſt, vbi Hannæ ſummi pontificis domus ſteterat, in quam Chriſtus redemptor, captus à Iudæis in monte oliuarum, militibus ſtipatus, deductus fuit, ibi etiam Hannę ſuæ doctrinæ rationes reddidit, ac diſcipulorum ſuorum innocentiam candidè aſſeruit, percuſſus in faciem viliſſimi ſerui ferocientis iniuria, patientiſſimè omnia tulit. Cæremonias, cultum & ſacramenta cum Græcis paria, in omnibus retinent.

## DE TVRCARVM MODERNORVM ORIGINE *& proſapia, è qua hactenus ſuos Cæſares petiuerunt. Initio facto ab Othomanno primo, addita ſerie ſucceſſorum, vſque ad moderni Imperatoris gubernationem.*

### CAP. XXXVII.

ANNO Chriſti 1300. vixit celebris quidam armis potẽtiſſimus ac rei militaris peritiſſimus heros Othomãnus natione Tartarus, à quo hoc noſtro ſeculo Turcę Oſmãni vel Othomanni vulgò appellantur. Hic cum artibus ſuſpectis, blãditiis, & pollicitationibus magnificis finitimos populos in ſuas pertraxiſſet partes, Bithyniam & Cappadociam ſubegit & Caliphæ Ægypti Suldano graue bellum intulit. Idiomate Ægyptiaco Calipha ſignificat Cæſarem, Suldanus belli ducem ſupremum denotat. Verum cum Saladinus, Sultanus, Dominum ſuum perfidè interfeciſſet, & regni adminiſtrationem ac ſceptrum rapuiſſet, Suldanorum nomen manſit in vſu. Cæſar, Turcica lingua Amir vocatur. Tartari ſuum Cæſarem Vly Cham, latinè auguſtum & feliciſſimum ſalutant & nominant.

Rapidiſſimus fluuius Turck, ex montibus Circaſſiorum, fluens & auctus multis amnibus in mare Hircanum ſe exonerans, Turcis nomen dediſſe perhibetur.

2. Orchanes Othomanni filius Turcarum ſecundus Cæſar, Anno 1335. inauguratus Galatas vicit. Byrſæ ſedem ſuam imperialem habuit.

3. Amurates tertius Cæſar Turcicus regere cœpit Anno 1363. primus Helleſpontum traiecit, & Callipolim 1380. expugnauit.

4. Baiazetes alter filiorum Amuratis, ſucceſſit Anno 1386. potiebatur Theſſalia, Bulgaria, & maxima parte Græciæ ac vrbe Vidina. Hunc Tamerlanes Tartarorum Chamus, cepit, & eum ſicuti canem ſub menſa de micis paſcens, eo vſus eſt loco ſcabelli equum conſcenſurus. Reliquit autem Baiazetes quatuor filios à ſe, orphanos.

5. Calepinus Cæſarum Turcicorum quintus, inchoauit regni adminiſtrationem Anno 1394. Maiorem Bulgariæ partem ſibi fecit vectigalem. Cum Sigiſmundo Vngariæ rege prope Nicopolim confligebatur, in quo prælio Ioannes Burgũdiæ dux, cum nobilibus aliquot captus 200000. florenorũ, pro ſui, ſuorumq; redemptione erogauit, cæſis ſuorum 20000. Turcorum etiam 60000. trucidati ſunt. Sigiſmundus autem fuga elapſus, venit Conſtantinopolim, ſed metu poten-

tiæ Turcicæ, recta ad lares domeſticos tendere non auſus, ambagibus quæſitis, Rhodum nauigabat, inde vela Dalmatiam verſus conuertebat, tandem in Vngariam ad ſuos remeans.

*6.* Moyſes ſextus Cæſar, regnare cœpit, Anno 1400. & patruelem Orchanem, literam longam faciens, omnem eius regionem hæreditariam, inuaſit.

7. Mahometes Anno 1408. Cæſareo titulo ornatus, Seruiam, VValachiam & aliquam Croatiæ partem ſubegit.

8. Amurates octauus Cæſarum Turcicorum, Mahometis filius Anno 1422. regens, Muſtapham fratrem in exilium egit, Theſſalonicam expugnauit, & maiorem Græciæ partem ſubiugauit, Anno 1439. obſidione Albam Græcam ſeu Belgradum cinxit, poſtea 1442. ſeptem caſtra Sepuſij ſeu Tranſyluaniam bello infeſtauit.

9. Mahometes cognomento Magnus inauguratus eſt, Anno 1451. Conſtantinopolim obſidione dies 54. cõtinuos premebat, & 27. Aprilis graui oppugnatione eam fatigans, occupauit, trucidatis Christianorum 40000. & 150000. captis. Poſtea Anno 1456. Albam Græcam obſedit. Anno 1486. Rhodum inſulam, totos 89. dies oppugnauit. Ob res igitur tanta gloria geſtas, terrorem Chriſtianis haud vulgarem incuſſit. Italiam etiam inuaſit & Otruntum cepit, quam tamen mox turpiſſimè iterum amiſit.

10. Baiazetes Cæſarum decimus Anno 1481. Imperij clauum tenens, Zaliabum Zelymi fratrem proſcripſit, qui in Dominorũ equitum Rhodiorũ manus incidens, poſtea Papæ Alexandro donatus, in Campania obiit. At Baiazetes triumphator & victor Beſſarabes, Carniolas, Styrios, Forum Iulij & Teruiſium infeſtauit.

11. Zelymus vndecimus, electus eſt Anno 1512. Hic patre adhuc ſuperſtite ſceptrum ambiebat. Verum armis parentis oppreſſus in Adrianopolitano agro fugiens, euaſit. Achmas frater collectis copiis in Bithynia Zelymo ſe opponebat, at victus 1513. in Perſiã fugiens ſuam vitam conſeruauit.

12. Solymannus Anno 1519. tyrannide orbi terrarum innoteſcens, Chriſtianis inſtar veneni & peſtis præſentiſſimæ fuit. Rhodum & Albam Græcam ſuperauit. Ludouicum Vngariæ regem domauit, & metropolim Budam, ampliſſima ſpolia reportans, ac millia aliquot captiuorum abducens, cepit. Viennam obſedit Anno 29. menſe Septembri. In Vngariam Anno 32. iterum mouit, & Strigonium arcem cum vrbe munitiſſima obſedit. Eius miles Linzium vſque excurrit. Bellum

deinde

deinde Perſæ regi intulit. Luſitanos mari arcere conatus eſt, eorum profectiones & nauigationes in Indiam turbans. Hoſtiliter Anno 1541. iterum Vngariam obruit, Anno 1543. poſtquam Ferdinandi copias à Peſta repuliſſet, Strigonium cepit cum ſuburbiis & arce regia, Albam regalem ſtratagemate celeriter occupans. Reſumptis armis Perſam 1546. iterum bello fatigauit, & Tripolim Africæ vrbem 1551. ſibi ſubiecit. Temeſvvariam vrbem & comitatum Solnoccenſem Anno 1552. cepit. Hiſpanos & Melitenſes maritimis præliis vicit, Melitam obſidens inſulamq; totam vaſtare conans, ſuorū plæroſque deſiderauit. Anno 1566. Vngariam atrociſſimè iterum depopulatus, Iulam & Zigethum expugnauit, ſed nō ſine largo ſanguinis Turcici imbre. Cecidiſſe enim perhibent 30000. Turcorum. Mortuus 4. Septemb. Anno 1566. in quinque Eccleſiarum, Vngariæ oppido.

Selymus ſecundus 23. Septemb. à funere parentis, Anno 1566. ætatis ſuæ 42. ſucceſſit, & Pertauium Baſſam, inſtructo exercitu Sepuſienſi VVeivvodæ, Thockayam obſidenti, ſubſidio mittebat: tandem fœdera Anno 1568. cum Cæſarea Maieſtate renouauit. Eo tempore Armamentarium Venetiis conflagrarat igni, conſumpto ferè omni apparatu bellico. Hinc occaſionem Selymus inſultandi reipublicæ Venetæ idoneam tempeſtiuè captabat. Legatos igitur Venetias miſit Cyprum inſulam repoſcentes, poſtulata repudiaturis bellum indici iubet. Præterea feſtinanter nouas copias cogit, & per Pihalium Baſſam populatur Venetorum imperio ſubiectam inſulam Tenum. In tantis motibus & rerum omnium confuſione, Hally Baſſa Cretenſes duriter afflixit, nec Vluzaly Barbariæ prorex quieſcit Rhetinum, vrbem illius inſulæ primariam, à ciuibus incenſam ac deſolatam, ſolo æquat. Cyprum, Zazynthum, & Cephaloniam inſulas, obruit, & vbique cum ſuis confœderatis, vicinis nationibus, damna irrecuperabilia infert. Verum Muſtapha feruentis ingenij Heros, interim aſſidua oppugnatione, igni ferroq; Nicoſiam & Famaguſtam, Cypri celebriores vrbes infeſtare non deſiit, donec tota inſula Anno Chriſti 1570. potiretur. Memorabilis ille conflictus Anno 1572. in mari ſubſecutus eſt in quo Turcorū 20000. ad orcum miſſi, & Chriſtianorum aliquot millia è duro ac perenni carcere liberata fuerunt. Poſtea cum Chriſtiani Tunetum Africæ vrbem cepiſſent ac diripuiſſent, Selymus nouam aciem maritimā expediuit, Synano Baſſa duce, qui nuper extructum illud propugnaculum ſuperauit, & Goletam muris quaſſatis, & perpetua telorum miſſione ad deditionem coegit Anno 1574. Pax poſtmodum inter Chriſtianos

nos

nos & Selymum facta eſt ac ſequenti Anno Selymus vitæ finem imponens regni hæredem filium Murathem reliquit.

Murathes Selymi, ab obitu patris, hæres & poſſeſſor regni factus, ætatis ſuæ 27. ſuorum fratrum quinque, omni affectu humano depoſito, laqueo interemit. Huius conſiliis adiutus Stephanus Batorius Sondienſis familiæ, princeps fortis & animoſus, Poloniæ rex inauguratus fuit, Anno 1576. Amurathes qui dudum Perſico regno tanquã prædæ opimæ inhiauerat, vano inſomnio permotus, ſequens ſui Mufti magnificam interpretationem, Perſas bello laceſſit, & de rebus proſperè gerendis nõ dubitans, animo frequenter agitabat, qua occaſione Perſarum vires minuere, & eorum potentiam frangere poſſet. Cum igitur certo ſibi perſuaſiſſet, ſecundum ſententiam & iudicium ſuorũ vatum, ex animo omnia eſſe ſucceſſura, Perſas audacter aggrediebatur. Quapropter Legatos Perſicos inducias & fœdera renouaturos, inclementer & ſuperbè reiecit, omnes placidas pacis conditiones & honeſta media repudians. Denique collegit copias immenſas, Muſtapham exercitui præficiens, & eum totius belli adminiſtratorem deſignans. Hic anchoram ſoluens cum 200000. armorum vario genere inſtructiſſimis militibus, Helleſpontum traiecit in Aſiam, Anno 1578. menſe Auguſto, Georgianorum agrum populatus crudeliſſimè. Verum in conflictu grauiſſimo cum Tamane Suldano Rirarienſi temerè habito 15000. ſuorum deſiderauit, Tiphliſium tamen Georgianorum vrbem præcipuam occupauit. Dum autem tranſmitteret flumen Caruſæ multos amiſit. Deinde Siruam Mediæ caput, cepit, copias autem ſuas Oſmanni tradit & Arſerum verſus in Armeniam ſe confert. Eo abſente Perſarum rex Mediam inuadit, & Bellerbegum cum vniuerſo exercitu funditus deleuit. Oſmanes igitur metu territus, in vrbẽ munitiſſimam Temiſcarpinum, tanquam ad ſalutis anchoram fugit. Vndiq; circumuallatus, & tantis anguſtiis preſſus, à Domino ſuo ſubſidia flagitabat, qui Tartarorum 60. millia ad ipſum miſit, atque ille Tartarorum exercitui inſtructiſſimo ſuos iungens, longe lateq; omnia vaſtauit crudeliſſimè, per vniuerſam regionem furioſè graſſans. Enumerationi tantarum calamitatum, dies non ſufficeret.

Verum Tartaris tandem à Perſarum rege ad internecionem cæſis, Muſtapha ipſe perpeſſus dira maximam ſuorum iacturam faciens, ſæpius fugabatur. Ærumnoſos tot caſus triſtes & difficiles, ſubſecuta eſt victualium & annonæ ſumma caritas, comitante peſte Epidemica, quæ grauiſſimè ſæuiens, infinitam Barbarorum multitudinem abſorpſit.

Fortu-

Fortunæ aduerſanti vt maturè occurreretur, Murathes in locum Muſtaphæ Baſſam Sinanum Anno 1580. ſubſtituebat, qui Conſtantinopoli ſoluens, & Anatoliam rectà petens, ſpe ſua fruſtratus infamis re infecta, amiſſis plæriſque cum turpitudine domum rediit.

Perſa interim per Legatos de induciis, & pace diligentiſſimè agit, nihilominus tamen Oſmannes irruptionem faciebat in regnum Mediæ, & quanquam nihil intentatum reliquiſſet, ac totam regionem deprædatus fuiſſet, ab incolis tamen fortiter repulſus, fuga vitam redemit. At cum res Amurathi ex animo non ſucceſſiſſent, nouas conſcribebat copias, duce Baſſa Ferrato, qui hoſti Perſæ, arcem nouiſſimè extructam opponebat, additis præſidiis, & duce forti ac cordato, qui tamen à Perſianis fugatus & denique captus eſt.

Oſmannes deinceps, ab Amurathe, maximam argenti & auri vim impetrans, nouas copias conſcribebat, & ad expeditionem neceſſaria diligentiſſimè parabat, quibus quidem Perſianis vehementer moleſtus fuit, ſed tamen multa temerè tentans tandem profligatus, turpiter fugit. Ab armis verò cùm deſiſtere nollet, ſed confidentiſſimè iis reſumptis varia moliretur, Somachiam fortè, Siruaniæ vrbē inſignem & Tabaſſaram non procul à Temiſcapi, Calbamq; vicinam ſubegit. Deinde Muhametem Keraiorum Chamum in vincula coniiciens, ipſi cum vtroque filiorum laqueo vitam adimit. Seueritatis tam atrocis cauſa fuiſſe perhibetur, quod Muhametes, ingenti æris aceruo accepto, Oſmanni cunctanter opem tuliſſet, & ſubſidio neceſſario, exiſtimationis ſuæ immemor, & fidei datæ negligentior, collegæ defuiſſet.

Baſſa Ferratus in Perſiam ducens exercitum, ſuos milites duriuſculè tractabat, & præ nimia auaritia, eos alimoniis ac ſtipendio priuabat, ac benemeritis viris, & militibus veteranis heroica virtute conſpicuis, muniia ipſorum perſonis non conuenientia & indigna tribuebat. Amurathes, rebus turbatis plæraque diſſimulabat, ſed poſtea memor rei indignitatis vltionem in tempora commodiora reiiciens, vindictæ anſam facilè arripuit. Rerum ſumma interim Oſmanni committitur, qui de voluntate Cæſaris ſui, Perſiam Anno 1585. bello vaſtat. Verum ſi ſpectes damna reciproca, vtriuſque partis prælia cruenta inuenies.

Tebriſium cepit, & palatium aggere ac vallo muniuit, quinto die poſt domum reuerſurus dyſenteria correptus repentè moritur. Ab eo tempore Amurathis proceres Vngariam, Carinthiam, Carniolam & Croatiam crebrioribus incurſionibus fatigantes, à noſtris aſperè excepti, & magna ex parte attriti, funditus plærunque deleti ſunt.

H Anno

Anno 1592. Baſſa Boſnicus bellum renouans, Croatiam vniuerſam celerrimè oppreſſit, quid ab eo tempore acciderit, ab aliis ſatis fusè ſcriptum eſt. Interim Amurathes Anno 1595. ſexto iduum Ianuarij pleuritide & calculi doloribus mirum in modum exulceratus, Conſtantinopoli mortuus eſt.

Mahometes filiorum natu maximus, Imperator deſignatus, parenti ſucceſſit, ac nouendecim ſuorum fratrum cum decem concubinis patris ſui occidit, & vnda marina ſuffocauit. Poſtea Vngariam, Sepuſium, Moldauiā & VValachiam bello petiit. Ferratus Baſſa ſelecto milite, nihil intentatū relicturus, duriter præter ſpem & opinionē ſuam, exceptus, tandem plæriſq; ſuorum trucidatis in fugam actus eſt. Huic ſubſtitutus Sinanus Baſſa, nouis armis & veterano milite ſuperbus, ab illuſtriſſimo principe Sepuſienſi Sigiſmundo, vario Marte repulſus, & deſideratis optimatibus ac plæriſque gregariis infelix & pauper, ob infinita accepta damna, tota VValachia eiectus, & Danubiano littore prohibitus ad ſuos rediit.

Cæſareæ etiam Maieſtatis exercitus Strigonium oppugnans, eam obſidione diebus paucis preſſam recipit ac deditionem facere cogit. Et cum multas alias vrbes, caſtella, & propugnacula oppugnaſſet, felix victor euaſit.

Orandus igitur Deus precibus indefeſſis, & ardentibus, vt ſpiritu ſuo Cæſaream Maieſtatē regat, vt in tantis belli laboribus illa, animum ſuum pluſquam paternum, erga nos retineat, nec patriæ defenſionem neceſſariam, ac tutelam noſtri clementem, vel totius orbis Chriſtiani curam grauem & moleſtiſſimam, ob ingratos quoſdam ſubditos à ſe reiiciat, aut nos orphanos patricinio deſtituat. AMEN.

*FINIS.*

# VATICINIVM SEVERI, ET LEONIS IMPERATORVM,

## *IN QVO VIDETVR FINIS Turcarum in præſenti eorum Imperatore,*

Vnà cum aliis nonnullis in hac re Vaticiniis.

### *PROOEMIVM*
# IN EXPLANATIONEM
## PRÆSENTIVM PROPHETICARUM Figurarum,

### *FINIS IMPERII OTTOMANNOrum in Byzantio.*

AVCTOR *præſentis Vaticinij fuit Leo filius Baſilij Macedonis Byzantij Imperator, qui pro Bulgaris defendendis cum Turcis magnum habuit bellum, hic cum eſſet magnus & Philoſophus & Aſtrologus, filium Conſtantinum regnaturum prædixit, ideo hoc cum figuris Vaticinium reliquit vna cum ſuis græcis dicteriis in Xerolipho loco prædictionibus dicato per Seuerum Imperatorem, qui tenuit imperium anno à Chriſto nato ducenteſimo duodecimo. Ideo ſcribit Priſcianus ſe legiſſe Epigramma*



UB Mannheim DFG

*cum figuris in tripode antiquo qui erat in Xerolipho ByZantij, ſed quid eſſet iſte Xerolipbus, demonſtrat Suidas dicens, Xerolipbum ab aliquibus dici Themis, & tripus Themis; tripus autem ſecundum Lactantium grãmaticum erat Lauri ſpecies cum tribus radicibus Apollini ſacræ, propter triplicem vim diuinationis; erat etiam Tripus menſa Apollinis tecta corio ſerpentis Pythonis; nec mirum ſi eſſet Byzantij hoc oraculum, quia variis in locis reperiebantur oracula, vt Delphicũ, Tyræſiæ, & Dodoneum. Leonis igitur vaticinium in Xerolipho poſitum, multis figuris atque græcis epigrammatibus fuit ornatum, vt in præſentibus videtur ex Græco in Latinum verſis. Præterea Conſtantinus Leonis filius, huius & aliarum rerum maximi momenti librum fecit, quem Romano ſucceſſori reliquit, vnde ſic dixit Egnatius Venetus in libro ſecundo. Reliquit Conſtantinus Imperator Romano filio librum, in quo erat deſcripta ſumma totius Græcorum imperij, pacta omnium ſociorum, & hoſtium vires. Librum iſtum nos habemus & veluti theſaurum in noſtra Bibliotheca ſeruamus, quoniam idem Imperator multa noſtrorum Venetum deſcripſit. Verba iſta confirmantur ex quibuſdam epitomis Imperatorum orientalium. Itaque ex figuris atque dicteriis prædicti vaticinij oſtendebatur mutatio Græci Imperij in diuerſis temporibus, & vt eſſet in Agarenos peruenturum, hoc eſt, Turcas ita vocatos ab Agar ancilla Abraham, præterea quomodo poſt aliquos Turcas Imperatores, denuo eſſet in Græcum & Chriſtianum imperium rediturum. Vt igitur omnes facilius intelligant præſens vaticinium, figuras atque dicteria ponemus vna cum ſingularum explanationibus.*

PRÆFA-

# PRÆFATIO.

VATICINIA *Imperatorum Auguſtiſſimorum, contra Leonem Philoſophum, de Agarenis, qui regnaturi ſunt Byzantij, & de Agarenico Imperatore. Suidas autem ſcriptum reliquit, hæc oracula ſeu vaticinia a Seuero Romanorum Imperatore edita eſſe, & Xerolıphum in quo nunc extant inciſa, ab eodem extructum; De quo Suidas in dictione Xerolıphos.*

## FIGVRA PRIMA.




## EPIGRAMMATA PRIMÆ Figuræ.

A *In medio geminorum coruorum, & volatilium abſumeris.*

B *Et linearibus figuris notans, tempus quibus remanebit patrimonij finis,*

*vrſæ autem euerſor ſerpens miſer ſolus, ô quando fueris eſca immanium coruorum.*

C *Secunda proles alia bellua, ſupinusq́; ad meridiem ſerpens, Supinus nigro, & niger totus, luce coruis crudeliter adempta. Etenim genus ex Eoa familia infame ducens, miſerabili clade te ipſum vna cum ciuitate perdes, & tui gemitus æſtas, & ver.*

## EXPOSITIO.

CVM ſignificatio ſerpentis in maxima veneratione habita fuerit apud antiquos Romanos, & poſtea apud Græcos, & Ægyptios, quoniam pro ſerpente illo intelligebant Deum Æſculapium Epidaurum; ideo Græci ſub ſerpente coloris ſubflaui depicto, eorum Dominium oſtendere voluerunt, ſicuti ſub Aquila Romanum imperium oſtenditur, & ſub tribus Lunis Turcarum imperium, quod eſt primum ſignum magni Sultani; propter hoc in prima figura vbi aſpicitur ſerpens, ſignificatur Græcia afflicta, quæ poſt Leonem Philoſophum Imperatorem Cōſtantinopolitanum valde fuit turbata, & ab internis, & ab externis, & à vicinis, & hoc per annos trecentos & tres, id eſt, ab anno nongenteſimo & quinto à Chriſto nato vſque ad milleſimum ducenteſimum octauum, quo tempore, vt recitat Egnatius, fuere triginta Imperatores, incipiendo ab ipſo Leone vſque ad Murcifilum vltimum Græcum Imperatorem, in tertia imperij mutatione, dico tertia mutatione, quia prima Græcorum fuit quando Alexander Magnus in eos detulit imperium, anno trecenteſimo vigeſimo ſexto ante Chriſtum natum, vnde mutatio iſta vna cum nomine imperiali vſque ad mortem Philippi perdurauit, videlicet per annos ducentos triginta quinq;, quo tempore cœpit ſecunda imperialis mutatio ſub Romanorum dominio, quo tempore Magnus Conſtantinus Byzantium tranſtulit Imperium Romanum, & ab ipſo ciuitas dicta fuit Conſtantinopolis, perſeuerauit iſtud Romanum imperium, quod tenebat gradum orientalem, & occidentalem, vſque ad Theodoſium Imperatorem, poſt quem diuiſum fuit imperium Romanum, & Arcadio datum Orientale, & diuiſio hæc facta eſt Anno trecenteſimo nonageſimo octauo, ob id poſtea Imperatores Cōſtantinopolitani vocati ſunt Orientales, Romani vero Occidentales, qui per aliquod tempus ceſſarunt propter Gothorum aduentum, & Imperium in Galliam fuit delatum Carolo Magno, & ſic vſque ad Carolum Magnum imperauit in

Orien-

Oriente poſt Theodoſium iuniorem Valentinianus tertius, deinde Flauius Valerius Martianus, in quo deſiit imperium Conſtantinopolitanum, quia poſt Martianum creatus eſt Leo primus de ſtirpe Græca, vnde mutatio Imperatorum orientalium Romanorum in Martiano deſiit, & hoc pacto cœpit tertia mutatio imperialis in Græco ſanguine, circa annum quadringenteſimum ſexageſimum in Leone Primo, & ſic deſiit per vigintiquinque Imperatores in Nicephoro, id eſt, poſt Imperij tranſlationem in Galliam, ſed ſequuta eſt etiam poſt Nicephorum tertia hæc Imperialis Græca mutatio vſque ad Murcifilum (ſecundum aliquos) ſexageſimum Imperatorem huius tertiæ mutationis in ſanguine Græco, & in ipſo deſiit ſtirpis Græcæ Imperium; vnde huc vſque oſtenditur Imperium Græcum ſub figura ſerpentis (& quantum erat duraturum) qui à duobus volatilibus cæcus redditur, propter hoc dicit epigramma *A* in medio geminorum coruorum, & volatilium abſumeris, quaſi dicat, ô Imperium Grȩcum, abſumeris inter duos coruos, aut volatiles, id eſt, alienos Potentatos qui te expellent, & quoniam Ægyptij per coruum intelligebant infamem expulſionem, inquit, quod expulſio erit duorum coruorum, & ita fuit, quoniã alter eorum fuit Murcifilus, qui credens Græcum Imperium occupare, Alexium iuuenem Imperatorem occidit, ſed ipſe ſtatim captus fuit à Venetis & Gallis, & Byzãtium ductus variis crucitatibus mortuus, & caſtigatus acerbè. Sed interim dum Murcifilus fugam cœperat, ecce ſecundus coruus, id eſt, Balduinus Flandriæ comes, qui Dominium, & vrbem cœpit & ſic fuit Imperator creatus, vt dicit Egnatius, & alij.

## SECVNDA FIGVRA.




## EPIGRAMMATA SECVNDÆ Figuræ.

A DVPLEX *triplex, etenim auis eques crucigerula auis equusq́; rurſus corniger.*

B *Maximus, auiumq́; rex ſolus, hic certè accipiens regnum è meridie, in equo quieuerit cornigero, vno die, ſidere diei percenſente mediũ poli.*

C *Monade duplicis appellationis, ſola prima ramentis numerorum poſtero tempore, vt & bona pars temporis exiſtis, quãdo tenebis crucis imaginem mediam, & audax quam maxime, & celer es, & ad bella promptus. O Byzæ genus, ſed ad extremum occaſio famæ lucrum faciet.*

*EXPO-*

EXPOSITIO.

AQVILA cum cruce nouum Imperatorem denotat, id eſt, Balduinum ſupradictum, qui circa annum milleſimum ducenteſimum octauum, auxilio Venetorum, & Gallorum creatus eſt illius loci Imperator, quoniam inter ipſos fuit pactum, ſi Galli crearent Dominum Temporalem, Veneti crearent Dominum ſpiritualem, vnde Galli crearunt Balduinum ex Gallorum ſtirpe Imperatorem Conſtantinopolitanum, Veneti vero Thomam Maurocenum illius ciuitatis Patriarcham fecerunt. Iſta figura oſtendit tempus huius Imperij in externa ſtirpe, in illis verbis epigrammatis *A* duplex triplex, &c. quaſi dicere velit, duplex triplex, hoc eſt, ſex Imperatores cum ſigno Aquilæ crucem ferentis, erunt in Imperio; & ita fuit, quoniam ſub Aquila iſta crucigerula, quæ ſex pennas gerit in collo, oſtenduntur ſex Imperatores, id eſt, Balduinus, Henricus, Petrus, Rubertus, & Ioannes Brennius tutor cum Balduino ſecundum nonnullos: & qui poſtea ſuccedere deberet, videtur in Epigrammate *B* vbi dicitur: Maximus auiumq; rex ſolus, &c. quaſi dicere velit, magnus & ſolus auium rex erit ille qui capiet Dominium Græcum, ſed tranſacto meridie, id eſt, per aliud paruum tempus quieſcet in equo cornigero, & ita fuit, quoniam Aquila ceſſauit in Balduino ſecundo.

TERTIA

# TERTIA FIGVRA.




## EPIGRAMMATA TERTIÆ Figuræ.

*A* SVLTANVS *Mechemetes, is qui Conſtantinopolim capturus eſt.*
*B* *In locis humidis, & præter ſpem cades, in te enim initium, & finis cornu eſt.*
*C* *Fama vulgatum eſt, quòd aures habes, & hinnis citra amorem habenarum, id eſt, laxatis habenis.*

## *EXPOSITIO.*

VIDEBATVR quòd Græcia relinquens Dominium externum Aquilæ in Balduino ſecundo, & aliud nouum, & natiuum accipiens dominium, in Michaele Paleologo (ſed intermedio Imperiali ſecundum aliquos Alexij, Angeli, Theodori Laſcori, & Ioannis Deplobatarij) eſſet tanquam

tanquam noua ſponſa, oſtenſa per illam iuuenculam more Græco indutam, & lætam, ſed illa lætitia à meridie ſublata fuit, ſicuti dictum eſt ab equo cornigero, à quo depreſſa fuit, quare Epigramma *B* iuuenculæ dicit, in locis humidis, & præter ſpem cades, &c. quaſi dicere vellet in locis humidis, hoc eſt, in feliciori tempore tui Dominij ô Græcia, quæ tantum te extollis, cades, ſed ſcias quod in te principium, & finis eſt cornu, hoc eſt, quod in te fuit principium cornu, id eſt, Dominium, in te etiam erit finis. Sed quis futurus eſſet hic primus corniger equus, declarat Epigrãma *A.* dicens Sultanus Mechemetes, qui capiet Conſtantinopolim, id eſt, Sultanus Mechemetes erit ille qui Imperiũ Græcum occupabit, quod deſiit in Conſtantino quinto Imperatore poſt Michaelem Paleologum Viterbienſem Anno Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo tertio, & iſta perſeuerabit per ſeptem Imperatores Maumetanos; Quomodo autem peruenerit imperium iſtud in Mechemet, dicunt Hiſtoriæ Ottomannorum, & Turcarum, & Græcorum, quòd Michael Paleologus reliquit Andronicum, qui duos filios habens, Caloiannem, & Emanuelem, reliquit tutorem Ioannem Catacunzenum, qui Caloianni filiam in matrimonium collocauit, ſed orta diſſenſione inter Catacunzenum, & Generum, Catacunzenus Generum expulit, ſe Imperatorem faciens, ſed Caloiannes in ſtatum reſtitutus, Catacunzenum multauit exilio, qui ſe Monachum fecit. Hic Caloiannes Emanuelem habuit, qui poſt patrem tenuit Imperium, & ſeptem habuit filios, Ioannem, Andronicum, Theodorũ, Conſtantinum, Demetrium, Thomã, & Michaelem; Tempore iſtius Emanuelis Imperatoris accidit quod Mechemet Turcarũ Imperator, poſtquam à Venetis mari profligatus eſſet, & cum ipſis deinde pacem haberet, vt à fratre Muſtafę impeteretur, qui poſtea Salonicum aufugit, quod intelligens Mechemet, cum exercitu petebat Muſtafam Gubernatori, qui cum Emanueli Gręco Imperatori de hoc ſcripſiſſet, reſponſum tulit huiuſmodi, quod Emanuel, & Mechemetes concordes fuere, & promiſit Muſtapham carcere detenturum, in quo permanſit vſq; ad mortem Mechemetis primi. Propter iſtam Græcorum actionem tantum auctus eſt amor in Mechemete, vt omni eorum petitioni aſſentiretur, vnde tam valdè floruit Græcia in illa tranquillitate, vt tãquam noua ſponſa in otio, & quiete permaneret, niſi Emanuel Imperator filiis regnum diuiſiſſet, quorum diſſenſiones cauſa fuere augmenti Ottomannorum, & propriæ perditionis; quoniam defuncto Emanuele, Ioannes primogenitus cœpit Imperium, & poſt ipſum cum Conſtanti-

nus in pacifico dominio eſſet conſtitutus, & Græci cum Mechemete ſecundo fædus percuſſiſſent, non diu permanſit in illa tranquillitate, quia Mechemetes ſuperbus, & inuidus, fœdera non reſpiciens, imo illis poſtpoſitis vna cum legibus, & iuramentis, propugnaculum erexit quod vocabatur Bogazator, quo completo ſe Græcorum hoſtem detexit, cœpit enim regionem Conſtantinopolitanam damno afficere, & cum maximo exercitu ciuitatem obſidione teneret, atq; magnis bombardis, anno milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo tertio, ciuitate, & Dominio potitus eſt, erat quippe Mechemetes vir fraudulētus, & deceptor, quod diceret, fidem ſolum à mercatoribus ſeruandam, non à Principibus ad alta contendentibus, erat etiam vir ſagax, ingenioſus, & Chriſtianorum hoſtis acerrimus.

QVARTA

## QVARTA FIGVRA.




## EPIGRAMMATA QVARTÆ Figuræ.

*A* SVLTANVS *Pazaites.*
*B* *Secundus Bos, & finis Arctotrophi, id eſt, vrſæ nutricis, figura oſtendat locum & mores.*

## *EXPOSITIO.*

DENOTAT quarta figura ſucceſſorem Mechemetis, qui fuit Baiazetes, quare dicit Epigramma *A.* Sultanus Pazaites, hic accepto poſt patrem Dominio à variis principibus valde fuit vexatus, omnes enim videntes eius pacificum animum, contra ipſum arma audebant capere, & deficere, ſicuti fecerunt exules Moreæ, & Macedoniæ, quæ auxilio Nicolai Zuppani, & Ioannis Cernouichij, in ſtatum ſe reduxerunt, iſtæ duæ prouinciæ ad defectionem tractæ, oſtenduntur duobus illis capitibus iuuencularum, quæ per paucum tempus in libertate permanſerunt.

Hic Imperator Baiezit nō ab re oſtenſus fuit figura bouis ſymbologica, quia ſemper pacis fuit amicus, vt homo animi pacifici, & mitis naturæ, fuit vir intelligens, philoſophiæ incumbebat, & præſertim ei placuere Auerrois opera, & fuit Imperator & Dominus bonæ famæ.

QVINTA

# QVINTA FIGVRA.




## EPIGRAMMATA QVINTÆ Figuræ.

*A* ALIA *quædam vrſa ſecunda, Schimnotrophus, id eſt, catulorum nutrix & omnino illa, præter quàm quod vmbratilibus tractibus delineata.*

*B* *Sultanus Selinus.*

*C* *Ad orientem ſolem vtrinq; coronæ partem inferunt totius Imperij.*

*D* *Motus temporum intempeſtiuus erit, nam a ſummo in ſummum deſcribitur.*

## EXPOSITIO.

SICVTI ſymbolo bouis in quarta figura oſtenſa eſt natura Baiezitis ſecundi Imperatoris in Conſtantinopoli, ita in hac quinta figura, ſymbolo vrſæ cum capite Griphij, & cum quatuor catulis, oſtenditur natura ſucceſſoris Baiezitis, & nomen per epigramma *B* dicens Sultanus Selinus. iſte re vera fuit, ſicuti hic eſt figuratus, fuit enim ita crudelis, vt ſe conuerterit ad omnes Ottomannos extinguendos, fratres, nepotes, & conſanguineos ſuos, & quamuis eſſet Selinus proprij ſanguinis homicida, dicens nihil eſſe tam dulce, quàm ſine conſanguineorum timore imperare, fuit tamen iuſtitiæ, virtutiſque ac magnificentiæ amator, vigilans fuit, ferox, & in victu temperans. Sed in ſuarum victoriarum incremento vires defecere, orto enim in renibus vlcere corrodente, & peſtilenti febri correptus, mortuus eſt, ideo dicit Epigramma *B*. Motus temporum, &c. quaſi dicere vellet, quòd ſperans ad alios trophæos, & victorias tranſire, ægritudo abſtulit animum, & vitam.

# SEXTA FIGVRA.




## EPIGRAMMATA SEXTÆ Figuræ.

*A* SVLTHANVS *Solimanus.*

*B* *Hic exiſtens quartus ab vrſa cum falce & roſa vir contendens ad meſſem.*

*C* *Falcifer trimeſtre tibi ſpatium præſcribo, enſe autem multas primitias euertiſti.*

*D* *Templa idolorum breui tempore erigis, tres ter autem viuens in vita circulos ſenex Abi in orcum duos linquens ſuperſtites.*

*EXPO-*

## EXPOSITIO.

EA fuit Selimi crudelitas, vt cum mortuus eſſet; & ei filius Solimannus ſucceſſiſſet, (ſicuti oſtenditur in præſenti figura ſymbolo Regis) omnibus videretur, diſceſſiſſe Leonem ferocem, Vrſum, aut Tigrim, & Agnum manſuetum reliquiſſe, adeo iuuenis Solimanus placidiſſimā naturam extrinſecus oſtendebat, in quo poſtea multi decepti ſunt. præſertim infelix Morea oſtenſa capite illo iuuenculæ, quæ cum à iugo tyranni ſe liberaturam putaret, cum Gazelle ſe coniunxit, qui (præter promiſſam fidem credens Syriȩ dominium occupare) contra Solimanum progreſſus adeo profligatus eſt, vt infelix Morea facta ſit adhuc infelicior.

Verè fuit Solimanus roſa, id eſt, ver, cum falce, id eſt, cum meſſe, ideo dicit Epigramma *A*. Sultanus Solimanus, & Epigramma *B*. Hic exiſtens quartus ab vrſa, &c. & in Epigrammate *C*. Falcifer, &c. figura iſta poteſt hoc pacto intelligi, quod cum fuerit Imperator Solimanus vir qui famam oſtendere vellet vigilantiæ, & prudentiæ, futurus erat vt qui vadit ad meſſem falce parata, quaſi dicere vellet, quod ipſe exiſtens meſſis, pauciſſimæ, aut nullæ iuriſdictiones ſuo maximo imperio per ſucceſſorem adiungi debebant, roſa enim apud Ægyptios humanam fragilitatem ſignificat, & indicium boni fugientis, ideo antiqui in manibus defunctorum roſas ponebant & flores, atque ſuper defunctum & ſepulchrum ſpargebant, & ſic roſa in manu Regis in præſenti figura indicium boni fugientis denotat. Poteſt etiam dici, quòd Angelus, vt in figura aſpicitur prædixerit finem imperij, cum etenim dicatur in Epigrammate *C*. Falcifer trimeſtre tibi ſpatium præſcribo, quid aliud eſt quam dicere, poſt tuum imperium regnabunt tres Imperatores, & deinde finis erit totius Imperij Ottomanorum.

SEPTI-

## SEPTIMA FIGVRA.




## EPIGRAMMATA SEPTIMÆ Figuræ.

*A* BLABH KALIKOS.

*B* *Hei, hei miſera & ærumnoſa ciuitas. Si quidem miſerabilem lucem tuam miſerabiliter corrumpis, plebs paruo tempore* K. *obtinebit; in te multæ cædes, & profuſiones ſanguinis: non deficies ab vndecima ætate qua orieris. Et quinque primitiæ monarchiæ draconem dilaniabunt libocidam, & minutim diſcerpent huius tenues carnes, & in bello gentem efferatam enſe conficient infinitum numerum, ad ſex ſeptem millia. flagitioſusq; omnis, & cæde ſatiatus mœchus, adulator prædoq; hanc ſupremam videbunt ante oculos lucem.*

# OCTAVA FIGVRA.




## EPIGRAMMATA OCTAVÆ Figuræ.

*A* Ton B Dpnonton O Tritos A.

*B* *Sub vulpina pelle amicitiam diſſimulans, & fortiter animum cõtinens, vt valde ſenex & ſapiens, ſed veniens ad inſulas bis Eptataulos alijs dimiſſis qui inuicem ſe attriuerunt.*

*C* *Et ô effuſiones ſanguinis, tu victoriæ manus explicuiſti benignè, & branium adeptus es in fine ſceptri.*

NONA

## NONA FIGVRA.




## EPIGRAMMATA NONÆ Figuræ.

A *VÆ tibi ſepticollis quando vigeſimum elementum fauſtis acclamationibus excipietur in tua mœnia, tunc imminet ruina & extrema calamitas primatibus tuis, & hoc iudicum iniquitate.*

B *ByZanti aula & penates Conſtantini. Roma, Babylon, & Sion alia noua, tres ter centum & tu deges annos, vna noua Icade excepta, quando congeres gentium theſauros, & iura dabis cunctis circumphilarchis, ſed ignis ſummus genus flauum, te omnem exuret, & tuum diſſoluet Imperium.*

## DECIMA FIGVRA.




## EPIGRAMMATA DECIMÆ Figuræ.

A Optima *quæque colligens & affligens præmium iniuſtitiæ peſſimum, quo tempore medium aſtrum viſum fuerit nigricans.*

EXPO-

## *EXPOSITIO.*

ISTIS quatuor figuris conſpicitur ruina Imperij Ottomannici, ideo oſtendit ſeptima figura Conſtantinopolim depopulatam, quare epigrammate B. videtur ciuitatis ploratus, atque ſic relinquetur vacua ſedes Imperialis, ſicuti videtur in nona figura, ſed quando hoc futurum ſit, oſtendit epigramma A. ipſius nonæ figuræ, dicens væ tibi ſepticollis quando vigeſimum elementum fauſtis acclamationibus excipietur in tua mœnia, id eſt, væ tibi Conſtantinopolis ſepticollis, (ipſa dicta eſt ſepticollis quia Conſtantinus Magnus cum illuc Imperium Romanum tranſtuliſſet, diſtribuit etiam ciuitatem in eoſdem ordines, tribus, & officia, quæ erant Romæ quæ habet ſeptem colles) quando videbitur vigeſimum elementum in tuis mœniis, hoc eſt Tau, vel Taf, quod elementum eſt ſymbologica figura crucis, & propter hoc habitatores ciuitatis coacti erunt ſeſe in fugam præcipitem dare, quod apertè dicitur in decima figura in epigrãmate A vbi ſic habetur, optima quæque colligens & affligens præmium iniuſtitiæ peſſimum, quo tempore medium aſtrum viſum fuerit nigricans, id eſt, quando videbitur Sol niger, hoc eſt, Chriſtus contra iſtos infideles iratus.

VNDE.

# VNDECIMA FIGVRA.




## EPIGRAMMATA VNDECIMÆ Figuræ.

*A* VERSVS *quos Angelus Imperatori dictturus eſt.*

*B* *Mortuus aſpectu, ſolutus, norunt multi, quamuis nemo videt, vt ſomno excitatus continuo ſceptra Reginæ quidem occupabit.*

*C* *Præco inconſpicuus ter magnum vociferabitur, abite confeſtim ad occa- ſus ſepticollis, inuenietis virum familiarem, meumq́; neceſſarium, ducite hunc in regiam domum.*

*EXPO-*

## *E X P O S I T I O.*

RELICTA imperiali ſede vacua, ecce (dicit Angelus epigrammate B.) Mortuus aſpectu, ſolutus &c. quaſi dicere vellet, ecce ô Græcia, mortuus aſpectu & ſolutus, quẽ multi tuorum cognouerũt, quamuis nõ viderint, id eſt, tui eum fama cognouerunt, quamuis oculis nõ viderint, iſte tamquam à ſomno expergefactus ſtatim ſceptra Græciæ Reginæ occupabit; ſed vbi vir iſte reperietur, oſtendit Epigramma C. dicens, Præco inconſpicuus vociferabitur, &c. Huius poſſent fieri diuerſæ conſiderationes; dicit enim epigramma, quod iſte non erit in humana conſideratione, & quòd erit in occaſu ciuitatis Septicollis, & homo familiaris, id eſt, catholicus & fidelis, & quod erit amicus, cum ex antiquo & nobiliſſimo ſanguine proueniat. Hunc (dicet diuinus præco) quærite in occaſu & inter magnates, & quòd (ſicuti dicit figura) in ſomno quieſcat, funebri, & antiqua veſte indutus, ſuper duo triformia animalia, id eſt, quærite eum in occidente, nõ in oriente ciuitatis, quia ibi non erit; quem inuenietis vt ſupra, in ſomno tanquam mortuum quieſcentem, hoc eſt, qui ex antiqua & regia ſtirpe originem trahat.

DVO-

# DVODECIMA FIGVRA.



A

## EPIGRAMMATA DVODECIMÆ Figuræ.

*A* PETRAM *incolens, age huc mihi hoſpes, relictis lachrymis, vitaq; agreſti & ſolitaria, & viue mortuus & afflictus, nudus rurſus redi ad ſuperos.*

EXPO-

## *E X P O S I T I O.*

VIDETVR in præſenti figura, quòd dum requiritur vir ſuperius dictus, ecce afflicta ſepticollis, quæ dolens verſus iuuenculam illam dicit, Petram incolens, &c. quaſi dicere velit, ad me ſepticollem quæ in hac petra clauſa ſum, id eſt, in hac afflictione, venias ô aduena, depoſitis lachrymis, & vita ſolitaria, propter iugum Maumetanum, propter quem viuis afflictus, & tanquam mortuus, tunc reſpondet iuuencula illa (quæ aduenam & peregrinum regem oſtendit) quamuis ſis nuda ô Conſtantinopolis, & rege ſpoliata, propter cladem quam paſſa es, redibis tamen iterum ad lucem, quæ lux nulla alia eſt niſi Ieſus Chriſtus, qui dixit, Ego ſum lux mundi; ideo reuertens, ô ciuitas, ad Chriſtianam religionem, Maumetana expulſa, iterum lucida fies ſub Sole ſplendente Chriſti Saluatoris.

# DECIMA TERTIA FIGVRA.



## EPIGRAMMATA DECIMÆ-tertiæ Figuræ.

A ECCE *rurſus homo ex prima ſtirpe occulta in multos innumerabiles annos. Nudus prodit ex obſcuro & tenebricoſo tumulo, & ſecunda ſplendente vita incipit & venit. imago rurſus vitæ veriſſima.*

*EXPO-*

## EXPOSITIO.

DECLARATIO vndecimæ figuræ confirmatur demonſtratione præſentis figuræ, dicente epigrammate A. Ecce rurſus homo, &c. quaſi dicere velit, ecce nouiter vnus qui trahit originem à prima ſtirpe tua ô Conſtantinopolis, ſed occulta per infinitos annos, id eſt, cum tranſierit ex vno in alium per multa ſecula, & occulta in hominũ imaginatione, qui nudus exit è tumulo, id eſt, qui primus ab antiquiſſimis ſtatibus ad noua dominia exit, vnde ſplendente ſecunda vita, id eſt, cognito quod ſit (vti monſtratum eſt) ex prima regia ſtirpe tot populorum, & tanquam reſurgens ad aliam vitam, id eſt, ad antiquũ ſtatum incipit cognoſci, & iterum viuere ad veriſſimam vitæ imaginem, id eſt, ad principalem dominationem Regis & Imperatoris; ille autem homo ex antiqua ſtirpe cum debeat eſſe in occaſu, poteſt intelligi quod debeat eſſe ex ſtirpe Regia, antiqua Auſtriacorum, qui ſunt in occaſu Septicollis.

# DECIMAQVARTA FIGVRA.




## EPIGRAMMATA DECIMÆ-
quartæ Figuræ.

A  EN *Lupum qui ouem cupiebat deuorare, paſtor occidet & hominem inueniet.*

B  *Sic perdet qui occupauit.*

*EXPO-*

## *EXPOSITIO.*

EX his quæ in ſuperiobus figuris dicta ſunt, & ex præſenti figura, manifeſtum Ottomannorum excidium conſpicitur; dicebatur in epigrammate C ſextæ figuræ, trimeſtre ſpatium tibi præſcribo; per tres menſes debemus intelligere tres Imperatores poſt Solimannum, hi autem fuere Selimus, Amurathes, & Mechemetes qui nunc imperat, & cum ſit tertius menſis, per conſequens erit finis imperij. Dicit epigramma A præſentis figuræ. En lupum qui ouem, &c. verè lupi vocari poſſunt Turcarum Imperatores, qui ſemper Chriſtianos ſub ouis figura oſtenſos perſequuti ſunt, ſed Mechemetes propter multas clades quas in Tranſylnania menſibus præteritis, & in Pannonia eius duces perpeſſi ſunt, nullo modo dedecus huiuſmodi in primis Imperij annis pati valens, tamquã lupus rapax, exercitus claſſesq; parat, & omni nitit conatu, Chriſtianos deuorare, ſed paſtor cuius ſunt oues, eas ab ore ſuo liberabit.

Dicit epigramma B. ſic perdet qui occupauit, in his verbis clarè oſtenditur finis Imperij Ottomannici, qui enim cœpit Conſtantinopolim fuit Mechemetes, viuens nunc Imperator Mechemetes vocatur, idem igitur Imperator nomine, perdet Imperiũ qui occupauit ipſum, quod etiam ſed magis obſcurè habetur in tertia figura, in qua dicebatur de Mechemete qui Conſtantinopolim occupauit, in te initium & finis cornu eſt, clarè igitur conſpicimus finem Turcarum in hoc Mechemete, dummodo Catholici Principes, relictis inter ſe diſſenſionibus lupum Orientalem perſequi velint.

## DECIMAQVINTA FIGVRA.




### EPIGRAMMATA DECIMÆ-quintæ Figuræ.

A VERSVS *Angeli ad Imperatorem.*

B *Suſcipe donum ne ceſſa ſenex. Optime Imperator accipiens regnum, perſeuera ad finem vſque, & ad regnum pulchrum regnator, caterum ne veritus tempus, nam iſtud ſolum diuinitus accipies.*

# DECIMASEXTA FIGVRA.




## EPIGRAMMATA DECIMÆſextæ Figuræ.

*A* VERSVS *Patriarchæ ad Imperatorem.*
*B* *Vitam glorioſam & illuſtrem ſortitus es ex ingloria, ex virtute fœlix exiſtens; itaque non dolo, optime, tibi hæc gratia parta eſt: liuorem antevertens præiudicabis tibi damnum, non errabis abſque certa ſede ſorte tibi data.*

*EXPO-*

zi olur:on iki yilden ſſora Chriſtianon Keleci e ſikar, ol Turki gheresſi-ne tuskure.

# *INTERPRETATIO quoad ſenſum.*

VENIET Imperator noſter, capiet regnum Principis infidelis, capiet etiam pomum rubeum, & in ſuam poteſtatem rediget, quod ſi vſq; ad ſeptimũ annũ enſis Chriſtianis non fuerit ablatus, erit ipſorum Dominus vſque ad duodecimum annum, domos ædificabit, plantabit vineas, hortos ſepibus circundabit, filios generabit: poſt duodecimum annum, & poſtquam pomum rubeum in ſuam poteſtatem redegerit, apparebit enſis Chriſtianorum qui Turcam fugabit.

# *COMMENTARIUM.*

PATISSAHOMOZ eſt nomen dignitatis compoſitum cum pronomine numeri pluralis, & ſignificat Regem noſtrum, aut Imperatorem noſtrum, quoniam ſolent ipſi hoc eodem nomine dignitatis vocare Imperatorem Romanum, & alios Reges Chriſtianos, vt VRVM PATISSAH, hoc eſt Imperatorem Romanum, VNGRVZPATISSAH, Regem Pannoniæ, & FRENKPATISSAH, Galliæ Regem, & hoc non tribuitur dominis minoribus poſt Imperatorem & Regem; præterea ſolent ipſi eodem nomine vocare Regem Perſiæ, ſed ſæpius vocant SVLTAN, quod nomen ſignificat Principem, vt SAHI SVLTAN ZMAIL, quia præſens Rex Perſię ſophus vocatur ZMAIL, quod ſignificat Iſmael; GHELVR eſt verbum, & ſignificat veniet. CSIAFERVN, eſt nomen quod ſignificat infidelis. ſolent enim ipſi hoc nomine vocare omnes Chriſtianos, quamuis habeant etiam alia vocabula ad vocandos Chriſtianos, vti ſunt GIAVR & KAVR, ſed GIAVR ſignificat vnum hominem tantum, niſi adiungatur in fine, LAR, quod verbum adiunctum, facit numerum pluralem, ſicuti GIAVR, aut KAVR, id eſt, Chriſtianus, GIAVLAR aut KAVLAR, id eſt, Chriſtiani; ſed CSIAFER etiam ſine fine illo qui datur numero plurali, ſignificat multitudinem nationum. Sed quia textus dicit CSIAFERVN, & eſt caſus genitiuus propter adiunctionem VN, vt CSIAFER, id eſt infidelis, in nominatiuo, CSIAFERVN, id eſt, infidelis, in genitiuo, quaſi dicerent Regis infidelis. MEMLEKET, ſignificat regnum, quamuis ipſi habeant etiam varia vocabula ad ſignificandum Regnum, vt ISTAN, quoniam cum men-

## *EXPOSITIO.*

QVINTADECIMA figura oſtendit Angelum coronã Imperialem in manu tenentem, quæ dabitur homini reperto, & dicuntur ei verba epigrammatis B. ſuſcipe donum & quæ ſequuntur. Sextadecima vero figura coronatum Imperatorem oſtendit, confirmatum à Patriarcha Conſtantinopolitano, habitu Sacerdotali Græco induto, qui Imperatorem alloquens, dicit ei verba quæ in epigrammate B. habentur, vitam glorioſam & illuſtrem, & quæ ſequuntur.

# VATICINIVM MAVmetanorum.

HABENT Maumetani multa vaticinia, ſed nullum eſt apud ipſos tam celebre, quàm iſtud, in quo continentur innumerabiles aduerſus Chriſtianos victoriæ, & tãdem ipſorum excidium: & quia hucuſque illud verum eſſe viderunt, veriſſimum quoque in aliis caſibus arbitrantur, adeò quod plorant ſemper, quotieſcunque finem vaticinij legunt. Mihi non licet aliquid certi huius oraculi affirmare, ſed cupio ita verum euadere vaticinium in fine, quemadmodum fuit hucuſque, adeo vt reperiatur verus Propheta pro nobis, ſicuti fuit contra nos. Verus Propheta fuit Balaam extra Iſrael, ſic intra infideles fuerunt multæ Sibillæ, quæ vera prædixere, ſic fieri poteſt, quod ſint extra Chriſtianos qui ſpiritum habeant Propheticum, quod tamen non affirmo, ſed quia euenere multa, (vti hic prædictum fuit) contra nos, ſic vellem vt contra ipſos contingerent quæ in fine dicuntur. Sed ne vana & ficta putentur, quæ dico, verba ipſa vti ſunt in Turcarum idiomate ponam, ex quibus quiuis facile cognoſcet eſſe eadem, quæ in ore populi illius ſunt, quæ poſtmodum in Latinum ſermonem vertam, & interpretationem adiungam, vnà cum commentario.

## *VATICINIVM.*

PATISSAHOMOZ ghelur, ciaferun memlek etialur keuzul almai alur, kapzeiler, iedi yladegh Giaur Keleci cſikmaſſe, oniki yladegh onlarùm beglligheder: cuſi inpar, baghi diker, baheſai baghlar, ogli kezio lur,

zi olur: on iki yldenſſora Chriſtianon Keleci efikar, ol Turki gheresſi-ne tuskure.

# *INTERPRETATIO quoad ſenſum.*

VENIET Imperator noſter, capiet regnum Principis infidelis, capiet etiam pomum rubeum, & in ſuam poteſtatem rediget, quod ſi vſq; ad ſeptimũ annũ enſis Chriſtianis non fuerit ablatus, erit ipſorum Dominus vſque ad duodecimum annum, domos ædificabit, plantabit vineas, hortos ſepibus circundabit, filios generabit: poſt duodecimum annum, & poſtquam pomum rubeum in ſuam poteſtatem redegerit, apparebit enſis Chriſtianorum qui Turcam fugabit.

# *COMMENTARIUM.*

PATISSAHOMOZ eſt nomen dignitatis compoſitum cum pronomine numeri pluralis, & ſignificat Regem noſtrum, aut Imperatorem noſtrum, quoniam ſolent ipſi hoc eodem nomine dignitatis vocare Imperatorem Romanum, & alios Reges Chriſtianos, vt VRVM PATISSAH, hoc eſt Imperatorem Romanum, VNGRVZPATISSAH, Regem Pannoniæ, & FRENKPATISSAH, Galliæ Regem, & hoc non tribuitur dominis minoribus poſt Imperatorem & Regem; præterea ſolent ipſi eodem nomine vocare Regem Perſiæ, ſed ſæpius vocant SVLTAN, quod nomen ſignificat Principem, vt SAHI SVLTAN ZMAIL, quia præſens Rex Perſię ſophus vocatur ZMAIL, quod ſignificat Iſmael; GHELVR eſt verbum, & ſignificat veniet. CSIAFERVN, eſt nomen quod ſignificat infidelis. ſolent enim ipſi hoc nomine vocare omnes Chriſtianos, quamuis habeant etiam alia vocabula ad vocandos Chriſtianos, vti ſunt GIAVR & KAVR, ſed GIAVR ſignificat vnum hominem tantum, niſi adiungatur in fine, LAR, quod verbum adiunctum, facit numerum pluralem, ſicuti GIAVR, aut KAVR, id eſt, Chriſtianus, GIAVLAR aut KAVLAR, id eſt, Chriſtiani; ſed CSIAFER etiam ſine fine illo qui datur numero plurali, ſignificat multitudinem nationum. Sed quia textus dicit CSIAFERVN, & eſt caſus genitiuus propter adiunctionem VN, vt CSIAFER, id eſt infidelis, in nominatiuo, CSIAFERVN, id eſt, infidelis, in genitiuo, quaſi dicerent Regis infidelis. MEMLEKET, ſignificat regnum, quamuis ipſi habeant etiam varia vocabula ad ſignificandum Regnum, vt ISTAN, quoniam cum men-

tionem faciunt Regnorum Galliæ aut Hiſpaniæ, tunc dicunt FRANKISTAN, quod ſignificat Regna tam Italorum, quàm Gallorum & Hiſpanorũ. FRANK ſignificat vnũ hominẽ iſtarũ regionũ, ſicuti FRANK GIAVR, i.e. Italus, Gallus aut Hiſpanus Chriſtianus, ſed qñ volunt Græciã nominare, vocabulũ mutãt, & dicũt, VRVN, ELLI, i. e. Græcia, & nõ VRVNISTAN, id eſt, Græcum Regnum, ſolent etiam quandoque dicere, VRVM MEMLEKET, & tunc intelligũt totum imperium Græcorum, tandem vocabulum iſtud MEMLEKET, apud illas nationes ſolet ſignificare magis Imperium quàm Regnum. ALVR, eſt verbum, & vult dicere, capiet. KEVZVLALMAI, eſt nomen, ſignificans pomum rubeum, quoniam KEVZVL ſignificat colorem rubeum, & ALMA pomum, & dicunt hoc eſſe aliquam maximam & fortiſſimam ciuitatem Imperialem, & aliquando oritur quæſtio inter doctiores propter hoc, quia volunt nonnulli interpretari vocabulum illud, ciuitatem Conſtantinopolim, quia in aliquibus eorum libris legitur duobus modis, id eſt, KEVZVLALMAI, & VRVMPAPAI, id eſt, rubeum pomum, aut Græcum ſacerdotem vel Patriarcham, quia, vti diximus, VRVN, ſignificat Græcum, omnis etenim Græcia erat antiquitus ſub Imperio Romano, & eſt corruptum per adiectionem literæ V in principio, & mutationem faciendo, O, in V, quia ſi tollas huic verbo VRAM primam V, & quæ eſt in medio, muteturin O, dicet ROM; multi ſunt igitur huius opinionis, quod ſignificet imperium Conſtantinopolitanum, ſed fuſius ſuo loco declarabimus differentiam. *K*APZEILER, eſt verbum & ſignificat opprimere cum iugo ſeruitutis, & nemo dubitat, quin eorum tyrannica afflictio ſit crudelis oppreſſio, quod facilè fatebuntur illi, qui eorum captiuitatem experti ſunt, & tributorum exactionem, vt ſunt Græci, Armeni, & Thraces; IEDI, ILADEGH, ſeptimus annus poſt captiuitatem ſupradicti loci. GIAVR, KELECI, CSICMASSE, id eſt, infidelis enſis ſi non apparebit, & contra illum non ſe extollet, & credunt, quòd iſtæ prædictiones ſeptimi anni ſint in poteſtate Chriſtianorum, qui ſi vellent communi auxilio contra eos gladium diſtringere, ſine dubio plenam victoriam reportarent; ſed quod non fiat, cauſa eſt noſtra inertia, dum inter nos bella ciuilia gerimus, aut in otio turpi ſeneſcimus. ON IKI YLEDEGH, id eſt, vſque ad annum duodecimum, ONLARVM BEGLIGHEDER, id eſt, illis dominabitur infidelibus; Sed quia nec poſt ſeptimum, nec poſt duodecimum annum, quòd captum fuit imperium Conſtantinopolis, gladius Chriſtianorum contra illos præualuit, quia iam tranſiere pluſquam centum anni, quod tota Thracia, &

cia,& Orientale Imperium eſt ſub eorum dominatione, dicunt quòd ſub nomine pomi rubei intelligitur alia Imperij ſedes; ſtat tamen magnum dubium ſub annis occultum, quia ſi in ſacris literis ſeptimana ſeptem dierum ſignificat annos, quem numerum & magnitudinem temporis ponemus in anno? vnde inter illos ſunt aliqui, qui ponunt vnum annum pro vno anno Iubilei, qui iam ex quinquaginta annis fieri ſolebat; alij credunt quod annus ſignificet centum annos; ſunt etiam qui putant, quòd vnus annus contineat trecentos ſexaginta ſex annos, ſicuti tot dies habet annus ſolaris; ſed ſicuti oracula non rectè intelliguntur niſi poſt ſucceſſum, ſic intelligetur certum & definitum temporis ſpatium quando res perfecta erit. EVFI, IAPAR, id eſt, domum ædificabit, per domus ædificationem credunt, quod intelligatur, quod noſtra templa dedicaturus ſit Maumetho, ſicuti iam totius Aſiæ Eccleſias conſpurcarunt, vbi iam erant Chriſtiani vſque ad Hieruſalem, quinimo templum ipſum Domini noſtri, quod eſt in Hieruſalem; idem fecerunt etiam in maiori parte Europæ, id eſt, Græciæ, Thraciæ, vſque ad Auſtriam, & quaſi totius Pannoniæ, Sclauoniæ & Dalmatiæ; BAGHI, DIKER, id eſt, plantabit vineam; per hæc verba intelligunt nouas colonias, & tranſitus populorum ab eorum habitationibus, & Imperij amplificationem. BAHSCAI, id eſt, hortos, aut illam vineæ plantationem, BAGLAR, id eſt, muniet, volunt ſignificare, quod ab omni parte muniet nouas prouincias, vt difficilimè acquiri poſſint, & hoc eſt mirum, quod poſt tot annos quod cœpit ſæuire, ita munierit, vt nec oppidulum potuerimus acquirere. OGLV, KEZI, OLVR, id eſt habebit filium & filiam, hic per filiorum procreationem intelligunt augmentum gentis Maumethanæ; ſicuti omnibus manifeſtum eſt illam adeo auctam eſſe vt nihil amplius; iam igitur nihil aliud reliquum eſt, niſi eorum excidium atque deſtructio. ON IKI YLDENSSORA, id eſt poſt duodecimum annum. CHRISTIANON, id eſt, Chriſtianorum, KELECI, id eſt, gladius, EFIKAR, id eſt, apparebit, & de hoc etiam eſt dubium apud illos, an ille gladius propter quem natio Chriſtiana in libertatem redibit, & mutuum reddet Maumetanis, futurus ſit aliquis magnus Chriſtianus Rex, qui infinito exercitu totum Turcarũ imperiũ capturus ſit, vel aliq; ꝓpheta Chriſtianus, qui ſua doctrina Maumetanos ad noſtrã fidẽ ſit cõuerſurus, ꝓpter ꝙ extrema verba huius oraculi legũtur ab hominib. cũ ſuſpirijs, à pueris cũ plãctu, à mulierib. cũ lachrymis & ſingultib. TVRKI, id eſt, Turca ipſe qui regnat. GHERESSINE i. e. vnde exijt, adeo vt expellať in Bythiniã, vnde primò exiit; aut in Scy-

thiam vnde traxit originem. TVSKVRE, id eſt, expellet, aut clade afficiet; ſed ne intelligatur, vnde ortum ſit habiturus gladius iſte Chriſtianus, qui debet vlciſci, aut ob timorem aliunde ortum, Turcæ nullo pacto volunt Chriſtianos vti gladijs, vel armis; & quamuis ipſi iam per multum tempus à fide Chriſtiana defecerint; tamen multi eorum in prælijs deferunt pro certiſſima defenſione Euangelium Ioannis, id eſt, In principio erat verbum, vſque ad finem Græco idiomate ſcriptum; & hoc arbitrantur adeo eſſe ſecuros, veluti ſi aliquo vallo eſſent muniti, quod ſcripturæ genus vocant ſua lingua HAMAILI.

# VATICINIVM MAhumetis.

*Prophetæ Saracenorum & Turcarum.*

MAXIMA ſemper fuit Dei Optimi Maximi prouidentia, adeo vt voluerit fideles omnes admonere rerum quæ ipſis eſſent euenturæ, etiam per multum temporis antequam aduenirent, & hoc, vt ipſum Dominum eſſe verè cognoſcerent, & colerent. Huius rei teſtimonium perhibent tot libri ſacri legis antiquæ, in quibus Prophetæ omnia quæ aduentura eſſent Hebræis prædixere. Quod poſtea populus Chriſtianus à principio naſcentis Eccleſiæ admonitus ſit in reuelatione Ioannis factæ in Pathmo vſque ad extrema tempora, omnibus credo apertum eſſe. Prætereo multa aliorum vaticinia quæ continuè Chriſtianos admonēt, adeo vt nihil eueniat, quin prius per multos annos per Prophetas à Deo ſit ipſis prædictum, dimitto Sibillam, Ioachimū, Mechtildem, Brigidam, Vincentium, Anſelmum, & alios, ſed (quod magis eſt) etiam per infideles & Chriſtianorum inimicos, multa ipſis euentura Deus Optimus prædici voluit, quemadmodum fuit Vaticinium Maumetis mendacis prophetæ, in rebus ad felicitatem regni cœlorum pertinentibus, ſed veridici (vt ſpero) in multis circa ſucceſſus Imperij illorum qui eius legem amplexi ſunt, & præſertim quādo tempus prædixit, in quo lex Maumetana peritura erat. Scribunt nonnulli Maumetem habuiſſe ſpiritum diuinationis, alij fuiſſe lunaticum, ſiue ſpiritu maligno oppreſſum, vnde prædicens aliqua, quæ à Diabolo fieri debebant, paulatim apud ignaros maximam eſt adeptus exiſtimationem,

adeo

adeo vt ex ſeruo camelorum ductore heram valdè diuitem duxerit vxorem, propter quod elatus, auxilio ſpiritus, quem habebat, multa cœpit prædicere, & auxilio Sergij hæretici Neſtoriani factus eſt legiſlator & Alcoranum ſcripſit, quem (ſic permittente Deo) cognouit, per mille annos magnum habiturum augmentum, ſed his expletis, Maumetanos adeo debiles futuros, vt propter Regis mortem lex ab eo ſancita, non amplius obſeruaretur. Cum igitur videamus præſentem Turcarum Imperatorem menſibus præteritis multis cladibus affectum in Pannonia, & magis in Tranſyluania, & ſit proximum tempus mille annorum à Maumete prædictum, quid aliud credere debemus, niſi quòd imperium Ottomannorum fini ſit propinquum; quod vt magis apertum fiat, modum oſtendemus, quo finis mille annorum manifeſtari poſſit. Africani incipiunt annos ſuæ Hegiræ ab anno à natiuitate Chriſti quingenteſimo nonageſimo primo, quia natus eſt Maumetes in illo anno, adeò quòd ſecundum Africanorum Hegiram mille anni à Maumete prædicti finem haberent anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo primo à natiuitate Chriſti. Sed Alphonſus in ſuis Aſtrologicis incipit Hegiram, non vt Africani ab anno in quo natus eſt Maumetes, id eſt, quingenteſimo nonageſimo primo, ſed ab anno ſexcenteſimo vigeſimo primo, exiſtimans Hegiram Maumetanā habere principium in anno in quo factus fuit Alcoranus ex tribus legibus compoſitus, id eſt, Gentilium, Iudæorum, & Chriſtianorum, & credunt nonnulli hūc annum ſexcenteſimum vigeſimum primum, Hegiræ principium eſſe; quod ſi verum eſſet, finis mille annorum eſſet in anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo primo à natiuitate Domini, adeo quod ſupereſſent adhuc vigintiquinque anni, cum ſimus in milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſexto.

Alij arbitrati ſunt, Hegiram principium habuiſſe anno in quo Maumetes expeditionem ſuſcepit pro religionis defenſione, quod fuit anno ſalutis noſtræ ſexcenteſimo trigeſimo; ipſe autem anno ſequenti cum eſſet quadraginta annorum, mortuus eſt, adeo quod ab hoc anno Hegiram inchoando, adhuc ſupereſſent triginta ſex anni; ſed harum trium opinionum prima videtur probabilior, quamuis nomen Hegiræ oſtendat, quod ita dicatur à prima expeditione quam ſuſcepit Maumetes pro ſua religione, quæ (vti dictum eſt) fuit anno ſexcenteſimo trigeſimo primo noſtræ ſalutis. Sed fuit vniuerſalis conſuetudo omnium Africanorum numerandi annos Hegiræ, incipiendo a natiuitate Maumetis, quæ fuit anno quingenteſimo nonageſimo primo, vnde cum videamus

deamus nunc multa Turcis aduerſa eſſe, credendum eſt finem mille annorum fuiſſe anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo primo; & quamuis non videamus tam citò eorum excidium, tamen credendum eſt, quod ſicuti paulatim Imperium auxerunt, ita paulatim amittent. Quod autem ſit verum Maumetem prędixiſſe finem ſuę legis poſt mille annos, Sarmatæ populi qui Tartari vocantur fidem faciunt, qui tempore quo Galli terrę ſanctę expeditionem ſuſceperunt, vaticinio Maumetis & exhortationibus Regis Armeniæ impulſi, Chriſtianam religionem amplexi fuerant, ſed quia multum aberat finis mille annorum, à Diabolo decepti, & libertate legis Maumetanæ irretiti, iterum à Chriſto defecerunt, & Maumeti ſe dederunt, ſed fieri poteſt, vt denuo veritatem agnoſcant, ob clades quibus menſibus præteritis, ab Hungaris & Polonis affecti ſunt, & timeant vaticinium Maumetis. Arbitratur Tarcagnota Maumetem debellaſſe Perſiam anno ſalutis ſexcenteſimo trigeſimo; quod verum non eſt, quia Perſæ amiſerunt regnum anno ſexcenteſimo decimo ſeptimo, & paulo poſt Maumetes Syria Romanorum prouincia potitus eſt, & Hieruſalem expugnauit, adeo quod ſi Hegira incipit ab anno quingenteſimo nonageſimo primo, illa, quatenus ſpectat ad mille annos, iam deſijt anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo primo; ſi autem mille anni ortum habent à ſexcenteſimo vigeſimo primo, deſinent milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo primo. Si verò (vt alij tenent) Hegira inciperet ab anno ſexcenteſimo decimo ſeptimo, finis mille annorum erit anno milleſimo ſexcenteſimo decimo ſeptimo. Sed quomodocunque ſit, ex iam dictis clarum vnicuique eſſe poteſt, non longum tempus abeſſe, in quo verum fieri debet Maumetis vaticinium, eò magis quod belli apparatus aduerſus Turcas maiores quàm aliis vnquam temporibus conſpiciuntur, vt (ſi Deus voluerit) ſperandum ſit, breui futurum tempus, in quo fiat vnus paſtor, & vnum ouile.

FINIS.

# INDEX MEMORABILIVM IN HOC TRACTATV HISTORICO CONTENTORVM.


ABdalla Ægypti Suldanus coronatur 50
Abganus veneno perimitur 44
Abganus Chriſtianam religionem deſerit 42
AbgaHaolono parenti ſuccedit ibid.
Abimelech Ægypti Suldanus 270. nauibus Hiſpaniam petit 30
Abraham Mahometi fuit ſimilimus 24
Achmas Zelymo fratri ſe opponit 54
Accaron olim Ptolemais a rege Hieroſolymitano capta 34
Accon expugnatur 49
Adulteria Mahometis 9
Ætas Mahometis 25
Africani & Arabes Mahometis ſectam amplectuntur 12
Africani tributum Heraclio Cæſ. negant 13
Africani Mahomete duce Perſiam inuadunt 12. Syriam & Palæſtinam occupant ibid.
Alba Græca cingitur obſidione 54
Alba Græca à Solymano occupatur ib.
Alba regalis occupatur 55
Alborac equi Mahometis figura & deſcriptio 23
Alcoranus vagas libidines permittit 9
Alcorani lectione multæ Diabolorum legiones in Saracenos conuerſæ ſunt 20
Alcoranus Sergii Monachi auxilio compilatus 6
Alcoranus obſeruandus præcipitur 20
Almericus rex Hieroſolymitanus Turcas proſteruit 35
Amurathes octauus Turcarum Imp. 54
Amurathes Perſico regno inhiat 56
Amurathes tertius Turcarum Imp. 53
Anconenſem portum Saraceni occupāt 31
Angeli diuinitus miſſi ſcortantur 21
Angeli omnes Mahometi mortales ſunt 22
Angelorum in Diabolos mutatorū cauſa 20
Antiochiam Chriſtiani occupant 33
Antiochia Chriſtianis eripitur 42
Arabes regem Mahometem faciunt 7
Argonus Tartarorum rex Chriſtianus 45
Armamentarium Venetum conflagrat 55
Armeniæ regis filij contra Suldanum infeliciter pugnant 42
Armeniam & Ciliciam Barbaroſſa occupat 36
Armeniis cum Græcis perennes diſcordiæ de ritibus Eccleſiaſticis 50
Armenii Epiſcopum habent Hieroſolymis 51
Armeniorum ceremoniæ 50
Aſcelinus Monachus ad regem Tartariç ablegatur 39
Aſpalem tertius Turcarum rex 32. Aſiam minorem occupat 33
Auaritia Calyphæ Baldacenſis 40

B

BAiazetes decimus Turcarum Imp. 54
Baiazetes quartus Turcarum Imp. 53
Baydo Tartarorum rex 45. Mahometicā religionem ſuis prohibet ibid.
Balduinus tertius Noradinum Damaſci Suldanum prælio vincit 35
Balduinus ſecundus Imp: Conſt. à Suldano Balach captus detinetur 34
Balduinus quartus Suldanum Ægypti bis prælio vincit 35
Balduinus quartus à Saladino vincitur ibid.
Balduinus ſecundus Gazin Damaſci Sul-

danum capit 34
Baruth ſeu Berythus à rege Conſtantinopolitano occupata 34
Beatitudo Mahometica quæ 20
Belgradum ſeu Alba Græca obſidione cingitur 54
Belchiarocus quintus Turcarum Imperator 35
Bellerbegus funditus deletur 56
Bendecarus Antiochiam Chriſtianis eripuit 49
Bendecar Ægypti Suldanus Antiochiam Chriſtianis eripit 42
Berythus & Sydon Chriſtianis eripiũtur 49.
Bos legem Mahometi offert 19
Budam capit Solimannus 54
Bœmundus Curbeſpina à Turcis captus triennium tenetur 34
Bulgaria Theſſalia & magna parte Græciæ Baiazethes potitur 53

C

CAlabriam & Apuliam Saraceni obruunt 31
Calepinus quintus Turcarum Imp. 53
Caliph primus regno pellitur 28
Calipha vox quid ſignificet 27
Callipolim expugnat Amurathes 53
Calypha Baldacenſis capitur & fame necatur 40
Cangi Cham primus Tartarorum rex 37
Caramania olim Cilicia dicta à Saracenis ſubigitur 27
Carbaganda Caſſani ſucceſſor 47. Mahometicum dogma amplectitur ibi.
Carniola infeſtatur à Baiazethe 54
Caſſani deformitas 47
Caſſanus Baydo Tartarorum regi circumuento ſuccedit 46. Chriſtianis ſe coniungit ibid.
Caſſanus regium theſaurũ Suldani Melechnazaris militibus ſuis diſtribuit 47
Catay olim Scythia dicebatur 37
Chriſtus Mahometi creatura tantum eſt 19
Chriſtiani contra Cordirium infeliciter pugnant 36
Chriſtiani à Suldano grauiter cæduntur 37
Chriſtianorum liberi rapti à Tartaris vili pretio venduntur 49
Cœlum Mahometi ex terræ conſtat exhalationibus 22
Coloſſi fragmenta Alexandriam deportantur 29
Columba edocta legem Mahometis cõfirmat 18
Cometes Conſtantinopoli apparet Mahometis tempore 7
Conſtantinopolis occupatur 54
Conſtantinopolis biennium totum obſidetur à Solymanno 31
Cor Mahometis à Gabriele Archangelo ponderoſius deprehenditur multorum millium hominum cordibus 4
Cordirius Saladino Ægyptio ſuccedit 48
Cordirius Hieroſolymam capit 36
Corſica & Sardinia a Saracenis occupantur 31
Cretam & Siciliam Saraceni ducentos annos tenent ibid.
Cretenſes duriter affliguntur 55
Cyprus a Venetis repoſcitur 55

D

DAmaſcus proditur 41
Damaſceni ciues Caſſano Tartaro ſe dedunt 47
Degritzius ſecundus Tartarorum rex 32. Meſopotomia ac Sicilia potitur ib.
Diaboli Alcorano Mahometis ſaluari poſſunt 20
Doloquinus Damaſci Suldanus a Balduino capitur 34

E

Enima coniunx Abdallæ mater Mahometis 2

Errores

Errores craſſi Mahometicæ religionis 19.20

F

FAbulæ Mahometicæ 21
Famaguſta Cypri vrbs infeſtatur 55
Felis ex præputio Leonis naſcitur 22
Feretrum Mahometis ferreum Magnetum vi ſurſum eleuatur 27
Ferrath Baſſa nihil agit contra Perſas 56
Forum Iulii a Baiazethe infeſtatur 54
Fraus Mahometis, leges ſuas per columbam & bouem confirmantis 18
Fridericus Barbaroſſa terram ſanctam adit 36
Fridericus ſecundus regis Hieroſolym. titulo ornatur 36. ab expeditione in Syriam reuocatur ibid.
Fulco Andegauenſis Cæſar Conſtant. coronatur 34

G

GAbriel Archangelus leges dictat Mahometi 16
Gabrielis Angeli deſcriptio 22
Galatæ vincuntur ab Orchane Turca 53
Genealogia Mahometis 2
Genuam Liguriæ Saraceni expugnant 31
Georgianorum ager diripitur 56
Georgiani qui ſint 52
Guido rex cum Templariis quibuſdam capitur 35
Guibogan cum Armeniæ rege Syriam inuadit 40
Guibogan a Melechme Suldano opprimitur 41

H

HAgareni & Saraceni ab Hagar famula Saræ dicti 2
Haly tertius Saracenorum rex reformat leges Mahometicas 29
Hæreſes fermè omnes lex Mahometana continet 19
Haoloni mors 42
Haolonus Perſiam occupat 39. Caliphã Baldacenſem necat 40
Haytonus Armeniæ rex fœdus pangit cum Tartaro 39. baptiſatur ibid.
Haytonus regnum filio Tiuono commendat 43
Heraclius Imperator Mahumetem opprimere non poteſt 12
Heraclii Cæſaris tempore vires ſumpſit Mahumetana ſecta 6
Hieroſolyma in Turcorum manus peruenit 35
Hieroſolymitanorum diſcordia Chriſtianis pernitioſa 35
Hiſpani mari vincuntur 55
Hoccata ſecundus Tartarorum rex 38
Honorius Papa exercitum mittit in Aſiam 36
Hormiſda Perſarum rex à Saracenis cæditur 28

I

Ieiunii tempora ſtrictè ab Armeniis obſeruantur 51
Ieſus capillis flauis fuit & mediocris ſtaturæ 24
Ioannes Burgundiæ dux magna pecunię vi ſe ſuosq; redimit 55
Ioannes de Bregna rex Hieroſolym. 36
Ioan. Antiochenus Arianus Mahometis amicus 5
Io. Bremenſis filiam Iolantem cum titulo regis Hieroſolymitani dat Friderico ſecundo 36
Incendium ab igne cœleſti factum 7
Infans gemino capite & quatuor cruribus naſcitur 17
Inſtitutio Mahometis 4
Iſidorus Hiſpaniæ Archiepiſcopus Mahometis blaſphemias cohibet 12
Italiam Saraceni vaſtant 31
Itarip patria Mahometis 2
Iudæi & Saraceni præſtigiis Mahometis decipiuntur

decipiuntur 11
Iudæi cuiuſdam Aſtrologica diuinatio de vita Mahometis 4. figmentum de corde Mahometis ponderoſiore ibi.
Iudæi non Chriſtum, ſed alium quendam affixerunt cruci, Mahometis opinione 20
Iula & Zigethum expugnatur 55

L

Leges Mahumetanæ fertilitatis cauſa 19
Legis Mahometicæ contemptor morte plectendus 21
Leo Papa à Longobardis vexatur 31
Libido nefaria Mahometis 8. 9
Libidines vagas Alcoranus permittit 9
Lica, olim Laodicęa à rege Hieroſolymitano capitur 34
Lotiones Mahumetanorum faciunt ad remiſſionem peccatorum 21
Ludouicus Sanctus capitur à Suldano Melechſalem 37
Luna Mahometis nutu diſcinditur 21

M

Mahometis parentes obſcuri 2. dies natalis ibid.
Mahometis Genealogia ab Iſmaele deducitur 2
Mahometes Hiſpania expellitur 11
Mahometes Seruiam & Walachiam ſubigit 54
Mahometes veneno perimitur 26
Mahometes multis rebellionẽ ab Imp. Rom. perſuadet 12 13
Mahometes in Chriſtianorum & Iudæorum libris inſtituitur 4 mercaturam exercet 5
Mahometes ſuperbus 10
Mahometes nouendecim fratres, cõcubinas patris decem occidit 58
Mahometis regnum vltra annos mille non duraturum 6
Mahometes rex Saracenorum coronatur 14
Mahometẽ nubes atra vertici impendẽs comitatur 5
Mahometes Meſſiam ſe iactitat 11
Mahometes Romanorum exercitũ proſternit 14
Mahometes epilepticus 15. cum Gabriele Archangelo colloquitur in Paroxyſmo epileptico 6
Mahometes Antropomorphita 20
Mahometes nonus Turcarum Imp. Cõſtantinopolim occupat 54
Mahometes cum Abrahamo Moyſe & Ieſu familiariter conuerſatur 24
Mameluchi Suldanum Melechſalemum trucidant 48
Mameluchorum origo 49
Mameluchi radicitus extirpantur 50
Mango Cham tertius Tartarorum rex 39
Manichæiſmus ſub Mahometiſmo latet 20
Maria Iacobina pellex Mahometis 9
Mediam inuadit Perſa 56
Mehua Ægypti Suldanus Selymo ſuccedit 29
Mel & lac dolo Mahometis è terra effodiuntur 19
Melechas quartus Turcarum Imperator 33
Melechmes Ægypti Suldanus Guibogan opprimit 41
Melechmes Turquemani ſucceſſor interficitur 49
Melechnazer Berythum Sydonem & alias vrbes Chriſtianis eripit 49
Melechſ. raph Syriam Ægypto cõiungit ibid.
Melechſalem Ludouicum Sanctum aſtu cepit ibid.
Melechſalem Chriſtianorum liberos in arte militari inſtitutos ad ſui corporis cuſtodiam adhibet 49
Melechſayr Ægypti Suldanus Syriã occupat ibid.

Melech-

Melechnazer Ægypti Suldanus à Caſſano Tartaro fugatur 46
Melitenſes marino prælio vincuntur 55
Mequa locus ſepulturæ Mahometis 27
Monſtra marina humana ſpecie viſa 7
Mors ipſa morietur 22
Moyſes ſextus Turcarum Cæſar 53
Mors Mahometis 26
Moyſes crine ruber fuit 24
Murathes quinque fratres laqueo necat 56
Mus ex porci ſtercore natus 22
Muſtafa cum Perſis infeliciter pugnat 56

N

Nicoſia Cypri vrbs infeſtatur 55
Noradinus Damaſci Suldanus vincitur 35

O

Orchanes ſecundus Turcarum Cęſar 53
Oſmanes à Perſis fugatur 56
Othomarus ſucceſſor Mahometis 27
Othomanus primus Turcarum Rex 53

P

Pacem init Selymus cum Chriſtianis 55
Paruana perfidus medius diſrumpitur 43
Paradyſi Mahometicæ deſcriptio 9
Perſæ cur ſophi dicantur 48. terrori ſunt Turcis ibid.
Perſici legati ab Amurathe ſpernuntur 56
Peſtis aliæq; calamitates Mahometis tẽpore ſæuierunt 7
Polygamia Mahometanis libera 20
Portenta tempore Mahometis varia 7

R

Ragait Tartarorum rex impius 45
Regni Mahometani initium 14
Religio Mahometica meris nititur ſomniis & nugis 22 23
Reſurrectio Mahometis ad multos dies fruſtra expectatur 27
Rhodus inſula oppugnatur 54
Rhodus expugnatur 29
Romam Saraceni diripiunt 31

S

Sacerdotis cuiuſdam magi vaticinium de Mahomete 5
Sadock primus Turcarum rex 32
Saladinus regem Hieroſolymitanum capit 31
Saladinus Ægypti Suldanus terram ſanctam infeſtat 35
Saladinus Sarraconi in Ægypto ſuccedit 48
Saraceni Aſiæ & Syriæ regno à Turquemanis pelluntur 32
Saraceni leges accipiunt à Mahomete 11
Saraceni Vandalos Africa eiiciunt 29
Saraceni Romam depredantur 30
Sarracon, quem alii Saraſſonem vocant Suldanum carceri perpetuo includit 48
Saracenorum diſſidium 29
Sarracon Ægyptum Arabiamque Coraſmeniis tributariam facit 48
Scala Mahometis ad cœlum pertingens 24
Scauri & Seleuci qui dicantur 27
Scythia iam Catay dicitur 37
Secta Mahometana quo tempore cœperit 6
Selymus pacem cum Chriſtianis init 55
Sergius Arianus Mahometis præceptor 5
Sidon & Ioppe expugnantur à Ludouico Sancto 37
Sigiſmundus Vngariæ rex cum Calepino conflictatur 53
Sinan Baſſa infeliciter pugnat cõtra Perſas 56
Sodomiticas libidines Alcoranus permittit 9

Sodomia peccatum negatur Mahometi 21
Solnoccenſis comitatus Solymano occupatur 55
Solymannus Ægypti Suldanus Conſtantinopolim obſidet 31
Solymannus duodecimus Turcarũ Imp. 54
Somnium Heraclii Cæſaris 14
Somnium Mahometis 20
Spiritus S. Mahometi eſt creatura ibid.
Strigonia obſidetur 54
Styri à Baiazethe infeſtantur ibid.
Stephanus Batorius Poloniæ rex 56
Sus ex Elephante natus 22
Sydon Chriſtianis paret 54
Syria ſubigitur a Melechme Ægyptio 41
Syria a Tartaro Guibogan & Armeno occupatur 41
Syria a Bendecaro occupatur 49

T

Tagida Canæ Domina Mahometi nubit 11
Tamerlanes Baiazethem carceratũ detinet 53
Tartaria olim Scythia dicta, iam vero Catay 37
Temeſvvaria capitur 55
Templarii infeliciter contra Suldanum pugnant 35
Templum Mequanum igne cœleſti abſumptum 27
Teruiſium infeſtatur 54
Theodorus Heraclii Cæſ. frater infeliciter contra Africanos pugnat 14
Theſaurus Conſtantini Romæ a Saracenis eripitur 30
Theſſalia Baiazethes potitur 53
Tiphliſium Georgianorum a Turcis occupatur 56
Tiuonus Armeniæ rex in Anatoliam exercitum ducit 43
Tranſyluania bello infeſtatur 54
Trinitatem diuinam negat lex Mahometica 19
Tripolis Africæ vrbs Solymanno ſubiicitur 55
Tongodor Tartarorum rex 44. fœdus init cum Suldano Ægypti cõtra Chriſtianos ibi.
Tunetum Africæ Chriſtiani occupant 55
Turcarum modernorum origo 53
Turcica gens ab Iſmaele oriunda creditur 2
Turquemanni tributum pendunt Saracenis 28
Turquemanus confoditur 49
Turquemano dignitas Suldanica defertur ibid.
Tyberius Dux Leõtium Cęſarem in carcerem coniicit 30

V

Venetos Selymus ſecundus infeſtat 55
Vienna obſidetur 54
a Vino cur ſit abſtinendum 21
Viſio Mahometis 22
Vngaria a Solymano obruitur 55
Voluptates ſummum bonum Mahometi 9
Vpupa ad animalium comitia tarde acceſſit 21
Vxorum alienarum raptus a Mahomete permittitur 20

Z

Zaliabus a Baiazethe proſcribitur 54
Zelymus vndecimus Turcarum Imperator ibid.
Zigethum occupatur 55

FINIS.

UB Mannheim

UB Mannheim

UB Mannheim

DFG

UB Mannheim

UB Mannheim